C

YEN

I.

LER

ESIDI,

TV

DWIG

ANO

VS CRANTZ.

HENR. IO. NEPOM. CRANTZ
S. C. A. MAIEST. CONSILIARII, INSTITVTIONVM MED. ET MATERIAE MEDIC. VINDOBON. PROF. PVBL. ORD.
ACAD. IMP. NAT. CVRIOS. ET SOCIET. BOTANIC. FLORENTIN. SODALIS

INSTITVTIONES REI HERBARIAE

IVXTA

NVTVM NATVRAE DIGESTAE

EX HABITV

TOMVS I



IMPENSIS IOANNIS PAVLI KRAVS
BIBLIOPOLAE VIENNENSIS
MDCCLXVI

VIRIS CLARISSIMIS

ADRIANO VAN ROYEN

MED. ET BOTAN. PROF. LEYDENSI.

ALBERTO v. HALLER

SOCIET. REG. SCIENT. GÖTTING. PRAESIDI,
PLVRIM. ACAD. SODALI, IN SENATV
SVPR. BERN. CENTVMVIRO.

CHRISTIANO GOTTL. LVDWIG

ORDINIS MEDICI IN ACAD. LIPS. DECANO
SPECTABILI. ETC.

BOTANICIS MAXIMIS

D. D.

HENRICVS CRANTZ.

LECTORI AEQVO.

aturius ſyſtemata ſpeculatus omnia, ex una eademque fructificationis parte, ſeu calyx, corolla, ſtamen, fructusve fuerit, nec duraturum ullum deduci, nec tolerabile aut conſultae natu rae congruens erui unquam poſſe, facile perſpexi; nam quae varia de illa, quam praeferenter aſſumpſere, fructificatione, clariſſimi et eleganter et confidenter diſputant ſyſtematici, non probant, ni me demum omnia fallant, naturam in unam hanc, aut omnia ſua contuliſſe conſilia, vim, viresque, aut omnia illa effudiſſe ſigna, quibus cunctae, tantae incolarum regni vegetabilis frequentiae et multitudinis, familiae facile ordinarentur; quin contrarium luculenter demonſtrent, in nonnullis ſtirpibus huic fructificationis parti magis, in aliis alteri conſtantius et ſignificantius, dum iam priorem quaſi negligit, inſiſtere naturam, nec hodie adhuc id inventum eſſe Ariadnes filum, quo ex natura evolvi natura poſſit.

Equidem ſi vel in uno dato ſyſtemate per omnia conſtans et certus hic naturae patuiſſet nutus, nullo ſane alio amplius opus fuiſſet, nec noſtra aetate unum alterius ſyſtema deprimere, et aliud priori non minus aut aequivocum, aut difficile, aut natura damnatum obtrudere videremus, ut a TOVRNEFORTII, RAII, temporibus ad noſtra conſtanter vidimus; Nec ſane ingens vir RAIVS fructum derelinquere neceſſe habuiſſet, ut corollam ſectaretur, aut cum Hermanniano Raianum et Tourneſortianum combinaſſet BOERHAAVE, aut novum formaſſet RIVINVS, aut alia dediſſent MAGNOLIVS, LINNAEVS, ut ſane in nimia luce conſtitutum ſit, neminem omnium, qui id tentarunt, hucusque ſatis feciſſe, nec per unam fructificationis partem explicari naturam in vegetabilibus aut poſſe, aut velle.

Quae cum ita ſibi per omnia conſtent, mirari ſubit, qui botanicorum clariſſimi nonnullis argumentis callide uſi, TOVRNEFORTII, RIVINIque ſyſtemata explodere auſi, ut ſua non longius duratura ſubſtituerent. Nam etſi ultro nec largiar, et id, quod illi ſectati, ſyſtematis fundamentum, illo priorum conſtantius firmiusque eſſe (quod tamen minime probatum eſt) in id omnibus etiam tacentibus iuſta ſemper redire debet ſyſtematis omnis alteri ſubſtituendi aeſtimatio, ut ſe ipſum illico probet, et hac quam praecedenti methodo naturam

evolvi

evolvi magis velle et poſſe, et in ſuos neceſſarios ſeu affinitatis, ſeu diffinitatis gradus ſponte concedere ſpecies, et in formam ordinati coire exercitus, primo quaſi aſpectu edoceat.

Iam vero certum eſt, eorum nullum, quae ſubſtituta ſunt, nec primo conſpectu, nec ultimo examine id probaſſe, nec probare poſſe; ad quid igitur ſurrogata fuere? ad quid conſtantiorem, depreſſa inconſtantiore, fructificationis partem anxie quaeſiviſſe iuvit? ut per tota, quae natura inficiatur, difficillima ſyſtemata, ut dicunt crinibus traheretur, natura humano potius circumveniretur artificio, quam panderetur, et conſulta argutulum botanici ingenium, non ſeipſam ultimo monſtraret: tantae demum molis erat naturam in eo, in quo nudari debuiſſet, ſyſtematis negotio ſerviliter fictam celare, et laudis immodicae illi exiguae ingenii humani particulae creata omnia vegetabilia immolare!

Nec tamen velim inde aliquem exiſtimare, a me quotquot exſtitere ſyſtemata damnari, habent ſuam laudem ſingula, et naturam in nonnullis claſſibus, ordinibus faciliorem, licet non ubique aeque cohaerentem; ſed collatis omnibus ſatius fuiſſe, illa TOVRNEFORTII, RAII, RIVINI, obſervationibus roborare et caſtigare, quam ſtamina et piſtilla tanto labore taedioſe eruere, abſolute contendo. Si enim,

ut ipsis probatur fundamentis botanicis „figu-„ra floris certior sit, quam fructus, etiam nu-„merus facilius aberret, quam figura, et se-„xualibus adeo tritus staminum et pistillorum „numerus innumeris exemplis docuerit se mi-„nus valere, quam ii crediderant„ nec per numerum staminum aut pistillorum arithmeticum classificari (sit venia verbo) natura velit, rem, quam per plurima adhuc deducere possem, demonstratam reor. Et si demum visum fuisset nec illud TOVRNEFORTII, nec illud RIVINI, per omnia admitti posse, cur non ex iis omnium systematum partibus, in quibus aperta fronte natura apparuit, conflatum unum est, quod saltem naturam, de qua quaerebatur, regeneraret? an non in tanta historiae naturalis luce hodie miserabile est, rerum creatarum obtrudere, quod natura vacuum sit, systema? quasi in doctrina naturae ipsa non adeo quaerenda natura esset, quam artificialis, qua per transennam solum videatur, methodus, et magis illaborandum foret docenti artificio, quam docendis rebus? est tamen, si recte opinor, in omnium botanicorum systematum votis, unicum hocce, res ipsas cognoscere, scilicet species vegetabilium omnes iuxta naturae ordinem, quantum fieri possit, arctius ordinare, ut inde quasi ipsa duce facilius determinari possint, est etiam in omnium desideratis, methodus naturalis, quam pauci quaerunt, pauciores adhuc aut sectantur, aut perficiunt.

Vnde

Vnde vero artificialium ſyſtematum illecebrae, naturalis nauſea horrorque? dicam: ea eſt luxuriantis ingenii noſtri, ab origine, neſcio an innata, aut accita labes, ut limitum in ſcientiis impatiens, et ſupplere conans, quod negat aut inſpectio, aut intellectus, confeſtim in novam, reiecta priori, creationem pruriat, iamque coelum terramque ſubvertat, et per mare, per terras longe lateque debachatum, gloriae immodicum, non amplius vanam mortalium admirationem, aut ignotam nominis poſt fata immortalitatem, ſed apotheoſim impatiens anhelet. Plus una vice haec mala phyſica vidit, hanc peſtem medicina ſenſit, nec remedium malo adferri potuit prius, quam captivaretur in obſequium naturae intellectus, et ad naturae vocem cogeretur ſyſtema, non ad ſyſtema naturae vox; tum brevi pulſo philoſophico vacui horrore, exauctoratis in phyſica monadibus, materia CARTESII ſubtili, defervescentibus in medicina fermentationibus, oppoſitorum ſalium ebullitionibus, et tumultuariis ſyſtematicorum entium motibus, ſola ea ſuperfuit, quae naturam ex aſſe regeneraret, imago, et adparuit depoſita artificiali larva, nihil nimis ſtultum fuiſſe, quod non aut a phyſico, aut a medico ſyſtematice proferretur.

Nunc vero eadem hac creandi libidine botanica hodie prurit, et ardet, nec quia tota conſtet remediis, et in unam medicamentorum,

quae omnia complectitur, ſpem, ſuam fiduciam collocet, aut aliorum periculo ſapere poteſt, aut aegritudinem ſuam ſentire; iamque egregii culpantur viri, RAIVS, MORISONVS ve, quod naturam imitantes ſuum ariadnes filum amittant (*Phil. Botanic.*), quaſi ſatius fuiſſet in tormentis naturam conſtanter detinere, quam ingenio debile ariadnes opus, ſemel illi ſubiicere? negliguntur, quod ſua cum natura conſilia communicent ROYENII, HALLERII que, dum interea una ſolum victrix multiplici capite lubrica, fructificationis pars, per omnes, etiam reluctante natura, claſſes ſpectanda truditur, ne vacuum ullum ſuperſit; quaſi ut olim in phyſica, ita hodie in botanica, timendus eſſet novus vacui horror botanicus! id enim ſexuales omnes ſolum timere videntur, dum unice obiiciunt, fragmenta ſyſtematis naturalis ſolum exſtare, completum in hodiernam diem non dari, vegetabilia omnia nondum detecta eſſe, artificiali igitur opus eſſe ſyſtemate, donec naturale completum ſit.

At ego hac cauſa, quae ſola artificialibus ſuperſit botanicis (alia enim argumenta non habent) nihil unquam audivi imbecillius, nihil hoc ingenio, quo rerum univerſum ſubiugare contendunt, levius; meretur res carptim deduci. Syſtema naturale in hodiernam diem completum nullum dari, nec detectas univerſas vegetabiium ſpecies claſſibus naturalibus adhuc

adhuc ordinari poſſe, eſſe adhuc multas non cognitas, facta ſunt, de quibus omnes conveniant, diſputet nemo; artificiali igitur opus eſſe, donec naturale completum ſit, conſequentia eſt, in qua quidem ſexualis philoſophia ſibi indulgere poteſt, nemo vero illi ignoſcere: dum eidem criminationi et ſexuale, et omne artificiale obnoxium ſit, ſed his non immorabor. Et, ſi ex eo, quod completum naturale ſyſtema nondum ſit, et cognitae hucusque res naturales eo ordinari non poſſint, etiam plurimae nondum cognitae ſint, in artificiale chaos reiici cuncta debent etiam cognita, quae aut phyſicae, aut medicinae manebit facies? quae eſſet naturalis hiſtoriae? Ergo quanquam de creatis corporibus multae pateant proprietates, quanquam multa mundi phaenomena liquido intelligantur, quia tamen non patent omnia, nec ex una cauſa diſtincte explicari poſſunt cognita, et in naturale ſyſtema redigi, artificiali opus eſt, et debet immenſo labore, longa aetate, aliquantulum cognitum rerum univerſum terribili illo vacui horrore denuo perfundi, aut carteſianis vorticibus denuo tradi materia ſubtili exagitandum, ut de eo nihil intelligatur amplius; Ergo etſi multorum viſcerum in nobis pateant actiones, pateant multorum motuum cauſae, quia tamen omnes ex uno eodemque principio naturali explicari non poſſunt, artificiali opus eſt, et debent denuo tamdiu fermentationibus, effervescentiis, archaeo, anima amphibia le-CATII

haec

haec regi, donec detectum ſit! quam parum aut phyſicam aut medicam hi ſcientiam ſpeculati, qui ſimilia adferunt? nonne per omnia in phyſicis et medicina demonſtratum habetur, corporum ſingularium ortum, naturam, vires, proprietates, ab univerſalibus principiis deduci non poſſe, ſed ſingula quaeque ſibi propria agnoſcere, eaque tam varia eſſe, quam ſunt multiplices horum formae, proin infinita, et gravitatem, magnetiſmum, electricum ignem, ſalium mordacitatem, ſeminum actionem, ſingularium denique corporum vires, uni nunquam auſcultare potentiae poſſe, non eſſe unam vel manducationis, vel digeſtionis, vel chylificationis, vel ſanguificationis cauſam, ſed tot, quot ſuum ſymbolum in haec negotia conferre obſervantur; et tamen in botanica adhuc ignoratur, maritos, uxores, hermaphroditos, meretrices, caſtratas, illa minime entia eſſe poſſe, quorum adminiculo, ſpretis reliquis fructificationis partibus, tanquam concurrentibus cauſis, res botanica, unico edepol in hiſtoria naturali exemplo, explicari poſſet.

Ea demum hodie reperta eſt in ſcientia naturali poſt multa ſtudia, enodandae naturae via optima, ſimul et certiſſima, qua, ut eſt nuda natura, protrahitur, et in omnem verſatur partem, ut gratioſiori aſpectu figatur, ita demum, aut ab alia, qua obſcurior ſit, abſcindatur, aut ſi demum in eam inclinet, producatur, nulla unquam

unquam ingenii ſalacitate foedanda: non ſane ea, quam plurimi hodie ingrediuntur, de inventa aliqua particula, quam ad ſuas ideas flectant, ultimo demum; ni ſponte velit, cogant admodum glorioſi. Eſt quidem in priori difficilis magis, et ſaepe exigui foenoris, magis ingratus labor, ſed eſt tamen probationis tenax, naturam in omni experimento regenerans, non ut in alia inficiatus, et manebunt priori natae COMPOSITAE, VMBELLIFERAE, RINGENTES, PAPILIONACEAE, COLVMNIFERAE, et aliae, conſtantia naturae purae fragmenta, naturales claſſes, dum SYNGENESIA, *Polygamia aequalis*, *ſuperflua*, *fruſtranea*, *ſegregata*, aut, quod vere ſyſtematicum eſt, SYNGENESIA *Monogamia*, tum PENTANDRIA *Digyna*, etc. DIDYNAMIA, DIADELPHIA, MONADELPHIA, priorum ſyſtematum fata experientur, dum has hypotheſes, caeteraque id genus, ſoli arbitrio ſubiecta commenta dies delebit.

Ego quidem illorum, qui ex una eademque fructificationis parte ſuum ſtabilitum ſe iviſſe ſyſtema confidentius quam verius iactant, adeo parum proficuos cenſeo labores, ut non verear de novo in botanici ſtudii incrementum, illuſtrium academiarum in morem, quinquaginta ducatorum aureorum praemium illi conſtituere, qui, non dicam hoc anno aut ſequenti, ſed me vivente adhuc dum (quod faxit Deus aliquan)

aliquando liquido demonſtraverit ſcripto, poſſe ex data una fructificationis per totum vegetabilium imperium conſtante parte, certiſſime, facillime, et quaſi ductu naturae, omnes vegetabilium ſpecies cognoſci determinarique: hinc inventum illud ariadnes filum eſſe, quod ex natura naturam, non ex ingenio evolvat. Neque in huius quaeſtionis diiudicatione me iudicem conſtituo, ſed ROYENVM, HALLERVM, LVDWIGIVM, Viros ſummos, qui pro eo, quo proſequuntur botanicam ardore, tanta animi voluptate ſua publico communicabunt iudicia, quanta ego ad diem promiſſo reſpondere geſtio; neque contendo, ut etiam, quae venturis detegentur ſaeculis ſpecies, eo abſolute ordinari ſyſtemate poſſint, ut ipſi obſcure de naturali contendunt, ſed unice, ut demonſtrent, hocce naturam ex natura cognoſci; quodſi nemo illorum, qui artificio adeo multum tribuunt, id fecerit, quo habendum loco ſit ſyſtema artificiale, ex una fructificationis eaque conſtantiore parte ſuum fundamentum exorſum, facile perſpicietur, et forte ultimo deficientibus ingenii viribus apparebit, idem fuiſſe, verſatili una fructificationis parte, quam conſtantiore alia ſexuali, artificiale botanicum tentaſſe ſyſtema.

Equidem etiam ad laevius examen certum eſt, primo in lapide methodum ſexualem laborare, dum aſſumptis genitalium principiis magis,

gis, quam habitui ſtandum praecipit; eſt enim externa in creatis poene omnibus facies ſive habitus, illa abſoluta vis, illa ſuperior potentia, quae quantocyus in ſimilitudinis vel diſſimilitudinis aſſenſum, rebellem etiam rationem rapiat, et inter haecce agnationis ſtabiliat gradus, aut ſummae ponat metum diſcrepantiae, eſt ipſe habitus, qui etiam in humana ſpecie iudicia noſtra expugnet; in hac enim, licet ex patrum liberis infuſo ſanguine deducatur conſanguinitas, adeo promptum nobis eſt, vel hunc fratrem, illam huius ſororem, hos huius liberos pronunciare, ex externa ut dicunt facie, aut neſcio qua ſimilitudine, ut ab hoc iudicio nobis nunquam temperemus expoſiti; eſt ipſe habitus, qui in vegetabili imperio, in quo non, ut in humana ſpecie, prolium venis concepto parentum ſanguine deducitur propinquitas, omnia abſolute ſtatuat, qui VMBELLATAS ſtatim indicat, qui ab his CAMPANACEAS diſtinguat, longe ALSINACEAS repellat, quanquam omnes horum ordinum ſpecies in numero maritorum conveniant, eſt ipſe habitus, qui genera definiat, ſpecies compellat, quanquam aut a numero maritorum, coniugum, petalorum deflectant, quod non uno, ſed multo in ſuis ſyſtematibus exemplo probarunt LINNAEVS, RIVINVSve; eſt demum habitus, qui omnis ſyſtematis ſolum et infallibile criterium eſſe poſſit, et baſis.

Cum

Cum enim omnis creata ſpecies, ſuam formam habeat, omnium ſpecierum formae, ſimilitudinis aut diſſimilitudinis abſolutam neceſſitatem, quam habitum vulgo botanici dicunt, debet eſſe hic ipſe habitus, omnis ſyſtematis baſis; cum iterum ſpecies genera conſtituant, genera ipſa claſſes, hae ſyſtema, ſpecies abſoluta ſimilitudinis aut diſſimilitudinis neceſſitate conformes, aut difformes, ſeu quod idem eſt habitu convenientes, aut diſcrepantes, ſuis ineludi generibus ſpecificis et claſſibus debent, non diſtrahi, aut cum aliis confundi; proin quodcunque ſyſtema iam in incunabulis ſpecierum dilacerat habitum, naturae non ſolum vocem ſuffocat, ſed etiam rationali animae vim iudicandi auferre contendit; meretur rei dignitas per plura deduci.

Ecquis de animalibus conceptum, quod pecora et feras coniungit ſyſtema, contra habitum non peccare, et naturae vocem non ſufflaminare, nobis etiam iudicandi potentiam non auferre aſſeret? dum adeo certo et feras a pecoribus habitu natura, et nos primo ſtatim intuitu, ex eodem diſtinguimus; ut ſapienter omnino edixerit LINNAEVS „Habitus, ut „in quadrupedibus diſtinguit *feras* a *pecoribus*, „quamvis dentes non inſpicerentur, ſic etiam „in plantis ſaepe harum ordines naturales pri„mo intuitu manifeſtat„ et addere, quod non recte omiſſum, debuiſſet „quamvis ſtamina aut „piſtilla non inſpicerentur. „

Et

Et iam certum eſt, conformitatem quandam, exactius affinitatem dixero, eſſe in multis ſpeciebus, quae ob hanc divelli, ſeparari-que non poſſint: proin ex iisdem principiis quodcunque ſyſtema botanicum, ſuis incunabulis, vi ſyſtematis, et legis eiusdem, has a ſe ſeparat et dilacerat ſpecies, id habitui primo in botanica vero, et fundamentali lapidi repugnat, nec unquam ſubſiſtere valet; et hinc eſt, quod in hac cauſa, fortiſſimis communita teſtimoniis, naturam aliquando auſcultans ſyſtema ſexuale, abſoluta habitus compulſum potentia, ſpretis iisdem genitalibus, *Verbenas*, *Valerianas*, *Polygona*, *Convallarias*, et ſexcentas alias ſervaverit. Quanquam enim *Polygona* nonnulla eſſent floribus octandris, pentandris, hexandris, heptandris alia, et his adhuc aut digynis, aut ſemidigynis, aut trigynis, hinc in diverſas claſſes, et diſtinctos ordines revocanda, maluit tamen hic naturae ſeſe credere, et habitus decreto ſtare, et immortali demum probare exemplo, non eam numeris maritorum, aut coniugum, vim eſſe, quae eſſet habitui, et harum ſpecierum affinitatem iam primo intuitu ſeſe manifeſtare, quamvis nec ſtamina introſpicerentur, nec piſtilla, aut haec demum ab his ſpeciebus abeſſent omnia. Ergo ea eſt vis veri, ut contra naturae vocem, marium procreantium robur, mulierum concipientium, et gravidarum, et ſexualium imaginatio nihil poſſit, et arbitrariae minutulorum diſpoſitioni pudendorum habitus ſemper imperet.

Verum ut etiam ulterius, habitum omnis ſyſtematis verum lydium lapidem probem, ea in medium adferenda ſunt omnia, quae de eo Philoſophia botanica, non parum ſibi contradicens, reliquit. Et primo iterum evidens eſt ipſa fatente §. 163. „C. BAVHINVM et ve„teres egregie ex habitu plantarum, divinaſſe „earundem affinitates, ut ipſi ſyſtematici ſae„pius deflexerint, ubi habitus recta duxerit„ Quodſi verum agnovit, etiam in ſexuali ſyſtemate habitui ſaepe magis, quam ſexus negotio, ut iam ante pluribus demonſtratum, ſtetit, cur habitum ſyſtematibus imperare non agnoſcit? et in ſexuali ſyſtemate habitum ſyſtemati ſaepe praeferens, in Philoſophia botanica ſemper poſtponens, adeo contradicentem et durum conſignat in haec verba canonem? „Habitui plan„tarum adeo adhaerere, ut rite aſſumpta fructi„ficationis principia deponantur, eſt ſtultitiam „ ſapientiae loco quaerere.„

Quae vero et in dictis et factis ſit inconſequentia, illico pateat neceſſe eſt. Vel enim a ſyſtematicis RAIO, TOVRNEFORTIO, RIVINO, LINNAEO, aliisve, recte aſſumpta fuere fructificationis principia, vel non? Si ab his recte fuere aſſumpta, an poterant ſtultitiam ſapientiae loco quaerere? an eos, rectius habitus, quam haec principia, duceret, dum ſtultitia id prae ſapientia non poſſit? hinc ſapienter omnino priores ſyſtematici fecere, quod

C.

C. BAVHINI habitum negligentes deflexerint, male vero ipſi ſexuales, quod in propria hypotheſi maritorum et coniugum neglecto numero, habitum praetulerint, ſapientiam minime ſectati; ſi non fuere recte aſſumpta fructificationis in omnibus ſyſtematibus principia, ut quid tantum de illis dicitur, et contra habitum diſputatur? ut finaliter id unicum verum maneat: et recte C. BAVHINVM, tum cum illo LINNAEVM, et egregie ex habitu plantarum divinaſſe affinitates, dum non ſatis firmi in ſuis principiis ſexuales alii, ſaepius deflecterent, ubi tamen habitus recta duxerat: et habitum illam in quaeſtione quaerendam ſapientiam eſſe, eſſe ſyſtema quaeſitam ſtultitiam.

Neque ſane hic ſexuali, modo ſtatum quaeſtionis non perdat, aut ſtomachandi aut regerendi eſt locus, ſyſtema ſexuale quidem abſolute habitum non damnare, quin contra, dicere ab omni botanico magnifaciendum eſſe, ſed etiam in hoc modum eſſe debere. Quaeſtionis totius cardo in canone 209 vertitur, an nempe „habitui plantarum adeo adhaerere, ut rite ad„ſumpta fructificationis principia deponantur, „non ſit ſtultitiam ſapientiae loco quaerere?„ et vice verſa, an rite adſumptis fructificationis principiis adeo adhaerere, ut habitus plantarum, qui ſaepe harum ordines naturales primo intuitu manifeſtat, poſtponatur, ſit ſapientiam loco ſtultitiae quaerere? et per reſolutionem,

an ſummae ſit prudentiae rite aſſumptis fructificationis principiis, ſummae vero ſtultitiae neglectis fructificationis principiis, habitui ſtare? hoc enim, ni me omnia fallunt canon dixit; ſed, ſi id dixit, tum etiam patet, quid quaeſierit, aut demum invenerit.

Eſt vero paulo gravior canonis explicatio, et mea tum intelligentia, tum ſuperior ſapientia, qua botanicum ex eo, quod naturae ſecutus filum eſſet, vehementer criminatur, dum dicit „MORISONVS ſecutus naturae filum „implicat ſuum Ariadneum (ſeu ſyſtematicum „§. 156.) in nodos gordios ſolo gladio explican„dos„ quaſi tota res herbaria philoſophicum eſſet inſomnium, et ſigillum naturae in natura non daretur amplius, nec eſſet quaerendum impoſterum! Ergo non licet filum, quod botanico natura commiſit, viam, quam

- - - - - volens natura recluſit, ire, ſed eam, quam ſyſtematicus male ſtravit, procedere? Quanquam vero hoc Philoſophiae botanicae ſit conſilium, iraſci ea non poteſt, ſin minus ſequar, dum exploranti naturam, maxime ſyſtematico, hoc magni VERVLAMII effatum alte animo inſcriptum ſemper eſſe debere reor: „Non eſt „fingendum aut excogitandum, ſed invenien„dum, quid natura ferat vel faciat.„

Et demum ſi MORISONVS ſummopere erravit, quod ſuum Ariadneum filum, in gordios

dios nodos ſolo gladio explicandos, implicuit, id ſalvo Philoſophiae botanicae maturiore iudicio, non adeo in MORISONVM naturae filum ſequentem, quam in eundem hoc deſtitutum mea refundi ſententia poteſt, et demonſtro: Quod enim ſeptimae LILIACEORVM claſſi, *Anemone*, *Dryas*, *Hydrocotile* inſcribat, id omnino contra naturam fecit, cum ea in hac claſſe hexapetalas tricapſulares ſociaverit, ſicque naturalem huius claſſis characterem conſtituerit, patet eas huic non coniungendas plantas eſſe, quae nec utrumque characterem habent, nec habitus aliquam neceſſitatem: ſeu igitur plantae ſint ſolum tricapſulares, non hexapetalae, ſeu ſolum hexapetalae, et non tricapſulares, hae utrobique claſſe excidunt; male igitur his *Anemone*, *Dryas*, *Hydrocotile*, inſcripſit MORISONVS, ſed etiam male Philoſophia botanica contendit, MORISONVM has plantas ex naturae filo inſcripſiſſe; alias enim et *Reſedam*, et *Anonam*, et *Vvariam*, et alias BOEHMERI hexapetalas, eidem inferre claſſi, imo et *Campanulas*, *Phyteumata*, *Iaſiones*, *Hyperica*, *Violas*, omnes tricapſulares, etiam inſcribere debuiſſet, quod tamen nec MORISONVS fecit, nec natura unquam ſuaſit. Et nunc ego non capio, qui Philoſophia botanica MORISONVM, plantas nec faciem claſſis, nec characterem habentes, inſcribentem, naturae filum ſecutum eſſe, et hoc ſequendo ſuum Ariadneum implicaſſe, dicere

poſſit? Gravior omnino MORISONI, non naturae, error eſt, in quinta LEGVMINVM claſſe cui poſteaquam papilionaceam faciem cum bivalvibus ſiliquis praefixiſſet, *Fragariam*, *Potentillam*, *Tormentillam*, *Alchimillam*, *Epimedium* inſtruſit, ipſa MORISONO contradicente in claſſis limine natura, quae ſolum papilionaceas cum bivalvibus ſiliquis puras admittebat. In claſſibus aliis MORISONI ſemper, non naturae peccatum eſt, licet tamen ratione *Eryngii*, de quo vide Faſciculum mearum umbellatarum ſtirpium, eidem obiicere nihil Philoſophia botanica debuiſſet, cum non maiori ſane iure ad umbellatas, quam acarnaceas ſpectet, et adhuc botanicorum convenientia ſuffragia exſpectet planta, ut vel huic vel illi claſſi illata quieſcat.

Quae contra habitum alia Philoſophia botanica habet argumenta, pauca ſunt, ſupereſt tamen unum idque latius deductum. „Bidens „(*cernua*) folio non diſſecto T. gerit fructifica„tionem exacte generis bidentis; at Bidens „(Coreopſis *bidens*) folio non diſſecto, flore au„reis petalis undique radiato, MORIS. gerit „fructificationem abſolute Coreopſidis; et quum „Bidens *cernua* careat radio, Coreopſis *bidens* „vero inſtruatur radio ex petalis octo ſterilibus, „erit prior Bidentis, altera Coreopſidis generis. „Sed dubium adhuc manet, numne planta ra„diata (poſterior) ſit varietas non radiatae (*cernuae*)

„*nuae*) quodſi eſſet, uti veriſimile videtur, non „licet has duas plantas ſeparare, nec conſultum „ducerem genera Bidentis et Coreopſitis in „unum commiſcere, ne limites generum tan„dem evaneſcant. Heic itaque facies et natu„ra certat cum lege et arte.„ Hoc certe argumento, ut habitui male faceret, uti LINNAEVM nunquam conſultum duxi, ſi enim coreopſis *bidens* ſit Bidentis *cernuae*, ut videtur, varietas, et ideo Bidentis generi inferenda, habet in illa illata ſpecie claſſis ſtirpem, quae non ob vim habitus ſed ſimplicis varietatis, naturam monſtret heic cum lege et arte pugnantem, illeic ſyngeneſiae Polygamiae aequali irridentem conſtanter, dum exhibet in radio petala octo ſterilia; ut idem hoc argumentum propriam claſſem, quam habitum, vehementius convellat.

At ego nec *Coreopſidis*, nec *Bidentis*, adeo diſtincta apud LINNAEVM genera invenio, licet etiam illud Bidentis SYNGENESIAE *Polygamiae aequali*, Coreopſidis SYNGENESIAE *Polygamiae fruſtraneae* inſcripſerit. Et primo quidem quoad claſſem: ſunt nonnullis Bidentis ſpeciebus feminae nudae in ambitu, ut Coreopſidi, praeter alias docet id Bidens *bipinnata* radiantibus et ſterilibus floſculis inſtructa, ergo male diſtinguuntur claſſe. Secundo, quod genus ſpectat, calycem imbricatum Bidentes habere debent, erectum, polyphyllum, baſi ra-

diis patentibus cinctum Coreopſides; et tamen Coreopſis *verticillata, coronata, reptans, tripteris*, calyces habent calyculo patulo Bidentis, ipſo etiam fatente LINNAEO; tum receptaculum paleaceum adeo bene Bidentes, ac Coreopſides poſſident, ſupereſt igitur ſolus bicornis pappus in *Coreopſide*, et ariſtis erectis ſcabris inſtructus in *Bidente*, ſed nonne et in Coreopſide *reptante* ariſtatus eſt? nec ad pappum reſpexit LINNAEVS, aut dum Coreopſidem *bidentem* Coreopſidi inſcripſit dubius, aut dum eam ad genus Bidentis reducendam innuit „ſi obſervationibus evincatur „hanc Bidentis *cernuae* ſolam eſſe varietatem„ nec huic adeo magnam ineſſe vim putavit, cum ex Bidente *atriplicifolia*, licet eadem ſemina gereret mutica, et receptaculum conicum, novum genus non conſtituit, et maluerit ſpecies ariſtatas muticis iungere, ergo etiam male diſtinguuntur quoad genus. Atqui tamen hoc dat exemplum Philoſophia botanica, ut commonſtret, non adeo habitui, quam rite aſſumptis fructificationis partibus ſtandum eſſe, hoc inquam profert exemplum, in quo heic SYNGENESIA *Polygamia aequalis*, pugnat cum SYNGENESIA *Polygamia fruſtranea*, heic *Bidentis* cum *Coreopſidis* genere, verbo claſſes cum claſſibus, genera cum generibus certant, et natura cum ſyſtemate, nec arte nec lege cohaerente, nec diſtinguente a *Verbeſina Bidentes*. Nam et *Verbeſinae* multae calycem Bidentis habent, habent et nonnullae ſemina ariſtata, et floſculos

pau-

paucos, ut *Bidentes*, quos et *Eupatoriophilacrum* VAILL. tum *Verbesinae*, tum *Bidenti* conveniens, et utrumque genus coniungens, possidet.

Cur vero consultum non sit genera contrahere, quae limites nullos certos habent, ipsa viderit! Ego vero putem, cum ex principiis sexualium, genera haec tria, *Bidens*, *Verbesina*, *Coreopsis* limites non habeant, tum ex iisdem coniungenda esse, tum vi canonis 173. „Si no„ta generi singularis etiam in genere affini re„periatur, ne idem genus in plura, quam natu„ra dictat, separetur, cavendum.„ Vtique contrahere potuit in Myrti *suzygii* apetali, et Myrti *brasilianae* petalodis, speciebus, in Cleomis *Tetradynamiae siliquosae*, Cleomis *gynandrae*, Cleomis *polyandrae*, Cleomis *hexandrae*, Cleomis *dodecandrae* et *icosandrae* speciebus, et si credant sexuales aut Philosophi botanici, illos stultitiam sapientiae loco quaerere, qui habitui plantarum adeo adhaerent, ut rite assumpta fructificationis principia negligant, exemplo *Bidentis*, quid bene se consecutos putant exemplo *Cleomis*, dum huius generis stirpes per omnes fere sexualium traductas classes et quinque, si non sex actu inscribendas, in solam TETRADYNAMIAM siliquosam, depositis fructificationis recte assumptis principiis, nulla alia quam solius habitus compulsi ratione, cogunt? an demum non clare perspicient, habitum eam in vegetabilibus summam vim esse, quae spe-

cies in genera colligat, genera in ordines compellat, et his competens omnibus nomen indat, habitum ſolum eſſe, qui RIVINI, KNAVTII, LINNAEI, ut alia taceam, confuderit ſyſtemata, qui effecerit, ut RIVINVS, KNAVTIVS genera etiam naturalia diſtrahere neceſſe haberent, ne in claſſe regularium irregulares, in irregularium aut monopetalarum claſſe et regulares et dipetalas, tripetalas ſpecies relinquerent, ut inde Philoſophia botanica animadvertere debuerit in haec, gravi omnino cenſura: „mitto genera *Ruppiana* non „definita, *Knautiana* et aliorum, quibus ſuffe„cerit bene velle „ habitum ſemper eſſe, qui et genera *Linnaeana* multa ſugillet, haec diſtracta, illa nimium confuſa, et nota claſſica deſtituta, et in quibus, ſi habitus potentiam demas, et fructificationis rite aſſumptis ſtes principiis, nihil ineſſe intelligas, praeter bene velle, *Cleomis* et ſexcentarum aliarum exemplo.

Neque tamen poſt omnia diſſimulandum eſt, *Bidentis* a Philoſophia botanica adductum argumentum, data nempe hypotheſi, Bidentem *Coreopſin* varietatem eſſe Bidentis *cernuae*, habitum impugnare; impugnat certe in nonnullorum ſyſtematibus, dum Bidentem radiatam, et nudam, in una eademque claſſe producit contra claſſem clamantem; Verum praeterquam quod nec id adhuc demonſtratum ſit, etiam aliorum aſſumptas claſſes non offendat, certum

certum tamen eſt, difficultatem in rebus creatis poene omnibus obvenire ineluctabilem, ubi convenientia perfecte externa facie corpora cum aliis confluere incipiunt, et affinitatis, cum diſtinctis caeterum, gradus committere; huius difficultatis probe gnarus BOEHMERVS, tum *Bidentem*, tum *Coreopſidem* compoſitis mixtis incluſit.

Hunc ergo modum, hunc habitus ex uno corpore in aliud defluxum et tranſitum, hanc demum ſimilitudinis inter duo corpora primo diſtincta commiſſuram ſpeculari, dignum fuiſſet maximo botanico penſum, nec ullus LINNAEO melius abſolvere potuiſſet, utpote qui tanta vidit; et utinam in toto vegetabili regno nunquam patuiſſent, vel mariti, vel uxores, ut in CRYPTOGAMIA non patent, iam dudum in ſuos certos et fixos ordines, omnia vegetabilia, ut CRYPTOGAMIAE ſtirpes, ordinata eſſent! at mirum! ne ipſius quidem habitus limites noti ſunt, nec potentior etiam in illo gradus definitus eſt. Vidi cum admiratione ſaepius Cucubalum *bacciferum* inique admodum Cucubalorum L. generi inſcriptum, cum baccifer ſit, nec capſulam trilocularem habeat, a MORISONO ſcandentibus et bacciferis, a RAIO, KNAVTIO, HERMANNO, BOERHAAVIO bacciferis, a TOVRNEFORTIO, ROYENO, LINNAEO, ZINNIO caryophyllaeis illatum plantis: Iterum Cheli-

Chelidonium corniculatum aut Glaucium L. (quanquam male Chelidonii generi a LINNAEO illata ſint Glaucia, cum ſiliquas biloculares, non uniloculares, ut linnaeanum genus exigit, habent) a MORISONO ſiliquoſis tetrapetalis, quibus inſerere HERMANNVS nolens, male unicapſularibus bivalvibus inſcripſit, a BOERHAAVIO ſiliquoſis quidem tetrapetalis, ſed non cruciformibus, ut a MORISONO factum, illata eſſe; RIVINVM claſſi 4. regularium tetrapetalorum, ordini quinto pericarpio bicapſulari longiore, cum cruciformibus Glaucium, ordini vero quarto pericarpio unicapſulari Chelidonium maius; RVPPIVM RIVINI pulchram diviſionem denuo confundentem, et Glaucium, et Chelidonium maius, in claſſem quidem eandem, ſed quartum ordinem capſula ſimplici gaudentium intruſiſſe: Rivinianam methodum ſecutum eſſe LVDWIGIVM: TOVRNEFORTIVM cruciformes feciſſe has ſpecies ſiliqua bicapſulari gaudentes, LINNAEVM Polyandriis inſcripſiſſe cum Chriſtophoriana: HALLERVM Polyſtemonibus multiſiliquis cum eadem: ZINNIVM Polyſtemonibus Rhoeadibus cum eadem, quod etiam iam in fragmento XXX. methodi naturalis fecerat LINNAEVS; dari adhuc alia exempla poſſent, et dici de *Hypecoo*, *Cleome* aliis.

Iam certum eſt ex habitu omnes ſtatuiſſe, ſed non aeque certum eſt, quis gradum illum poten-

potentioris habitus, cum in prima ſtirpe non obſcuri tres ſint, et in aliis etiam plures, ſit aſſecutus; *Chelidonium* enim a *Glaucio*, recte genere diſtinguitur, utriusque tamen flores potius ſunt *Papaveris*, quam *Raphani*, et ſiliquae *Raphani* potius, quam *Papaveris*, licet adhuc eaedem inter ſe diſtinctae ſint. Vbi igitur potentioris habitus gradus? nam etſi in placentatione, radicatione, ramificatione, intorſione, gemmatione, foliatione, ſtipulatione, pubeſcentia, glandulatione, lacteſcentia, inflioreſcentia, aliisque habitum nonnulli fundaverint, etiam ad omnes fructificationis partes alii extenderint, et ex his omnibus ordines naturales fecerint, in qua demum re, aut fortior, aut eſſet imbecillior, nemo definivit, et huius quidem cauſae ſummam aliquando rationem habebo, quod, etiamſi non adeo certo fieri poſſit in prima hac editione, fore tamen ſpero, ut in ſequentibus habeatur evidentior, et recte iam HALLERVS monuit in ſincera immortalis operis praefatione, „affi„nitates naturales ſibi non ſimplices videri, et „ab uno genere ad alia multa ex diverſis no„tis perinde poſſe legitime tranſiri„ quod monitum non ſatis illis inculcari poteſt, qui naturales ordines quaerunt.

Et etiamnum verum eſt, habitum in aliis confluere, et ex florum vel infundibuliformium, vel campaniformium, vel rotatorum, non ſatis nec in ſuis definitionibus, nec in ſuis exemplis, diſtin-

diſtinctis figuris deſumptum, ut convincenter DILLENIVS contra TOVRNEFORTIVM probavit, fallere plurimum poſſe, magna igitur in his prudentia opus eſſe, nec integrum ex his figuris ſyſtema unquam, ſed ſolum magis cohaerentes aliquot claſſes, iam a plerisque botanicis civitate donatas, ſtatui poſſe.

Ex quibus quidem omnibus manifeſtum eſſe putem I. ex una ſola fructificationis parte, ſeu calyx, ſeu corolla, ſeu ſtamen tubave fuerit, aut etiam ipſe fructus, aut ſemen, filum ariadneum deduci non poſſe, et quod ſyſtematico revelavit botanico Numen, vel ex calyce ſpreta corolla, vel corolla ſpreto calyce, vel demum ex difficilius patentibus ſtaminibus et tubis, aliis neglectis ariadneum ducendum opus eſſe? dum ſtatim tamen in limine operationum illi aqua haeret, et iam calycem relinquit, ut corollam conſideret, et vice verſa; iam ſtet ſtaminibus iam eadem negligat, etiam vituperet, corollam, alia, quarum conſiderationem rerum ſibi non praeſcripſerat, iam contemplans, ſuſcepti immemor ſexualis principii, cuius rei in Valerianis, Convallariis, etc. in ſyſtemate LINNAEI convictio. Neque in tanta rerum phyſicarum, et hiſtoriae naturalis luce, ea etiam tempora eſſe, ubi ex una fructificationis parte omnia deduci debeant, dum videmus et arduas, et faciles naturae operationes, ex diverſis cauſis explicari: ſyderum motum, mon-

montium, terrarum cohaesionem, aquarum circuitum, vegetabilium vegetationem, animalium incrementum, increscentium omnium corporum digestiones, vel in propriam suam naturam, aliarum substantiarum conversiones, uni non auscultare causae posse, nec hodie adeo fatuum amplius esse posse philosophum, qui aut vacuo, aut materia subtili CARTESII omnia velit regi systematice et cohaerenter; fructificationis igitur nullam notam spernendam esse, sed eam demum assumendam, quae in dato habitu constantior sit, ut inde classis naturalis formari possit.

II. Recte omnino in Philosophia sexuali statui primum et ultimum in botanica desideratum, methodum naturalem esse, seu methodum naturalem ultimum haberi botanices finem, hoc vero ab ea inique assumi, eo usque ingenioso circumveniendam artificio botanicam omnem methodum esse, donec omnes classes naturales detectae sint; id quidem nec physicum nec videri philosophicum, nec vulvas umbellam facere, aut hanc membra virilia constituere; in graminum, aliarumve a natura ingeneratum habentium characterem, classium denominatione, de his nunquam quaeri, et inveniatur hodie gramen staminibus 4, 5, 6, 7, 8, et pluribus si velis instructum, an minus esset gramen? aequior Philosophia botanica est, quam ut negare possit. Ecquis quam illa melius

lius novit, res naturales bene multas proprio privilegio ita munitas esse, ut id a toto eruditorum orbe conculcari non possit? iudicem itaque illam provoco, tum in hac VMBELLATARVM, tum in illa GRAMINVM causa, in qua quidem hos, contra illud privilegium, quo GRAMINA natura munivit, toto ut dicunt coelo erraſſe deprehendere debet, qui *Antoxanthum* a tota graminea gente divulsum *Salviis*, *Piperibus* que iunxere, et *Gramina* medio inter *Commelinas*, *Wachendorfias*, et *Montias*, et *Proserpinacas* ordine sedentia, et cum his uni classi inscripta proposuere, quasi privilegium, quod natura GRAMINIBVS impressit, in *Antoxantho* nullum esset, esset in *Commelinis*, *Wachendorfiis*, *Montiis*, *Proserpinacis* evidenter summum! pronunciet demum LINNAEVS! an in exclusivo GRAMINVM privilegio, ipsum privilegium prius, aut membrum virile, aut vulva quaerenda? Gramina absque his rustici noscunt, nec crederem, monstratum gramen cum *Proserpinaca* ullum, vi naturae inditi privilegii compositurum; atqui tamen id solum convincens est, „Res naturales hoc ita munitas esse, ut, quem„admodum errores in his commissi a nullo de„fendi, ita nec veritates observationibus inni„xae a toto eruditorum orbe conculcari pos„sint; et in hac causa iudices merito posse pro„vocari seros nepotes.„

Sed etiam eam, quae naturae sit, causam deseram, aliumque substituam, qui haec ad as-

sem

ſem exegit, virum, nec eſt cur ſexuales, aut Florae ex herbarii incubatu auctores, mihi vel male velint, vel faciant, dum ſolum naturae privilegium, habitum defendo, vegetabilium pudenda ſaepe negligo, et ſexuali placito non accedo. Et nunc demum categorice, aut categorematice (prout placet) botanicus reſpondeat, me etiam tacente, ſexualibus Philoſophus, quo in errore, quibusve in tenebris ii verſentur, qui de genitalibus vegetabilium nimium ſolliciti, hanc de maritis, uxoribus, caſtratis, imperforatis, meretricibus, ut recte aſſumptis fructificationis principiis, et habitu certioribus, alte animo imbibere opinionem, reſpondeat, inquam, iis LINNAEVS, ut ad idem praedicamentum VMBELLIFERAE pertineant omnes, et illi tamen plantas polygamas ipſis, hybridas aliis dictas, quae ſane ad VMBELLIFERAS pentandras non ſpectant, per catachreſim ſeu abuſionem Vmbelliferis pentandris digynis inſcribere neceſſe habent, cum diſtrahere divellereque VMBELLIFRAS non poſſe ſe, clare perſpiciunt. Nolite mihi ob vim argumenti iraſci ſexuales! de ſtatu cauſae ipſe ad iudices LINNAEVS reſert, VMBELLATAS ſtirpes conſtanti, quae a mundi incunabulis ad noſtra usque tempora ſeſe nunquam mentita ſit agnatione propinquitateque iunctas eſſe: agnationem hanc in omnium harum plantarum umbraculis, pedunculis omnibus, uno eodemque centro exeuntibus, nec pedicellis vage prodeuntibus,

interruptis, fundari: Iam non intereſſe quibus exornentur umbracula floſculis, ſeu diandris, ſeu triandris, ſeu pentandris, aut demum ut revera inſtruuntur monoclinis aut diclinis, his enim etiam datis aut non conceſſis, umbracula ſemper umbracula eſſe, et plantam umbraculo inſtructam umbelliferam: ultimo demum addens, et totius naturae, etiam omnium hodie viventium botanicorum conſenſu *Aſtrantias*, *Caucalides*, *Arthedias*, *Oenanthes*, *Scandices*, *Bubleurorum*, *Selinorum*, *Laſerpitiorum*que ordini inſcribendas eſſe, quanquam priores polygamae ſint, poſteriores ſolum hermaphroditae: proin non poſſe amplius diviſum calere iudicium, hoc enim a ſubſelliis in roſtra delato, eos cauſam conſtanter amiſſuros, qui contra habitum pugnantes, deluſis ſtant genitalibus; ſe ipſum, licet multum daret polygamis, multum etiam hermaphoditis floribus, et multa et difficili et artificioſa arte diſtingueret, nunquam tamen auſum VMBELLATAS divellere ob ſexum ſpecies. Ergo nunc LINNAEO ſexuales aſſurgant, non mihi, qui de argumentis non quidquam ſuggeſſi, ſed Naturae et LINNAEO omnia comiſi; qui hunc ſolum ſecutus ſui, de quo iam HALLERVS monuerat „habitum quidem ex legibus „a LINNAEO excludi, in praxi vero ubi„que ab eodem revocari, ſuisque legibus lon„ge praeferri„ quodſi etiam meam in hac cauſa interpoſuiſſem ſententiam, ne ideo odium meruiſſem; an non mihi licebit, eas bene mul-

tas

tas, quas inutiliter in ſtamina et tubas impendi horas, miſerari?

III. Habitum, quem externam dicimus faciem, ſolum et certiſſimum eſſe omnes Methodi, criterium, et ſyſtema coniunctas habitu ſpecies, aut genera, dirimens, in primo lapide ruere, eſſe enim naturam, quae vegetabilibus habitum ingeneret, non artem, et in rerum creatarum enumeratione et ordinatione naturae, non arti ſtandum eſſe: nec haberi aliam huius rei evidentiorem iterum, quam in naturalibus claſſibus probationem, cum eas, quas aut VERTICILLATAS aut VMBELLATAS, botanici dicunt ſtirpes, ex habitu dicant: Habitum igitur illud adeo evidens, quo natura affines, et congeneres ligare plantas voluit, et quo ipſae hae plantae munitae perſtant, ſigillum aut privilegium eſſe „ut quemadmodum errores in „hoc commiſſi, a nullo defendi, ita nec veri„tates in eo perſpectae a toto ſexualium coetu „conculcari poſſint„ Verum enim vero, quamquam habitus naturae ſigillum ſit, etiam ea in regno vegetabili ſumma potentia, quae in ſimilitudinis aut diſſimilitudinis inter plantas ſtatuendae aſſenſum totam etiam mentem quantocyus neceſſitet, accidit tamen ſaepe, ut ex non recte percepto habitu erremus, errorem ſane non adeo habitui, quam iudicio noſtro proprium; ſive enim etiam concedam, in rerum creatarum multitudine et frequentia, corpora nonnulla caeterum etiam diſtinctiſſima

natura, externa tamen facie ſimillima eſſe, et inde habitum nos facillime decipere valere, etiam mihi, hanc, levitatis iudicii et neglecti examinis potiorem eſſe, quam habitus culpam, concedi debet. Et nunc quam alias etiam multo facilior, hanc originalem habitus potius, quam iudicii labem eſſe, quod tamen ne poſtulari quidem, minus adhuc evinci poteſt, ambabus largiar manibus, non hilum inde ſexuales, qui contra habitum pugnant, proficiunt. Habitus enim etſi ſumma potentia ſit, ea non adeo vaga aut exlex ſtatui poteſt, ut nulli rei obnoxia ſit, habet et ſuas, quibus regatur habitus leges, ſua habet, quibus confirmetur privilegia; et huius quidem rei quamquam plurima ſit per claſſes naturales probatio, de ſolis VMBELLATIS adducam argumentum. *Spiraeae* multae ſpecies, umbracula habent, quae tamen umbelliferae non vocentur, habet et umbraculum *Cornus*, ipſa tamen inter umbellatas non numeratur. *Solandra* umbellata quidem inter monoecias relata eſt; *Selina*, *Laſerpitia*, umbracula habent et umbellifera ſunt, cum igitur et in *Spiraeae* ſpeciebus et in *Corno*, et in *Solandra*, et in *Selinis*, *Laſerpitiis*que ſit umbellatarum habitus ſtirpium, is in experimentis umbellatarum inſpiciendus eſt, et in ſuis privilegiis ſpectandus. Sed en! ut et *Spiraea*, et *Solandra*, et *Cornus*, examine inſtituto, corolla pentapetala, et ſeminibus duobus carentes, a ſtricte umbellatis abſcendant plantis, dum *Selina*, et *Laſerpitia* his

aeter-

aeterno coniuncta vinculo manent, quia umbellatarum harum habitus ſuis in legibus et privilegiis confirmatur, in ſeminibus nempe ſub ſingulo floſculo pentapetalo duobus. Ex adverſo *Eryngium* leges et privilegia umbelliferarum habet ſtirpium, ipſum tamen proprie umbellatum non eſt. An *Eryngium* umbellatis accenſendum? gratia poteſt, iure non poteſt: ut enim umbellata dicatur, primo ſigillum a natura generaliter omnibus impreſſum, habitum, ſemper habere debet, dein iuxta ſuas leges et privilegia hic habitus iudicari: *Spiraeae* poſterius deeſt, *Eryngio* primum, neutrum ſeorſim ſtricte decretorium, licet utrumque concurrat, alias et *Valerianae* eſſent umbellatae, et *Thalictra*, ut voluit MORISONVS, nam et umbracula fere habent, privilegia non habent; ut evidens ſit, abſolutum, quem antea ſemper innui habitum, ſeu eum, qui ſuis legibus, privilegiisque confirmatus ſit, indiſſolubilem eſſe, et infallibilem, et omni ſyſtemati imperare, vagum illum vero, qui univerſam ſpecierum omnium notam, criteriumque commune non ſuſtineat, fallere poſſe: Vnicum ergo et ultimum in Botanica quaeſitum eſſe, abſoluti habitus elaborationem.

* * *

Quod meae diſpoſitionem regni vegetabilis methodi concernit, ea talis eſt, ut quae vegetantia corpora inconſpicue florent, primo poſita loco ſint. CRYPTANTHARVM nomi-

ne, vide TOVR. Filices T. 310, ſequentes Muſcos T. 326, Algas T. 325, MICHELII nova genera. Fungos TOVR. T. 327. Et haec quidem Cryptantharum claſſis, licet a diverſis botanicis diverſis inſignita nominibus ſit, omnibus tamen obſirmata eſt et accepta, non obſcuro edepol exemplo, tum demum, ubi nihil vident, unanimes eſſe botanicos, et concordia in claſſibus ſyſtemata.

Quanquam vero in conſpicuae ea gerat nomen floreſcentiae, quoniam tamen ex inconſpicuis conſpicuas inſenſibiliter natura producit, quas ſolus habitus et nullum aliud fructificationis principium, aut alia potentia, cum inconſpicuis combinet et uniat, non obſcure patet, et inconſpicuarum conceptum haud adeo ſtrictum eſſe poſſe, et primum omnis ſyſtematis botanici fundamentum habitum eſſe debere, et recte in ſecunda claſſe conſpicuae floreſcentiae eas congregari familias, quae cum priori aliquam agnationem neceſſitatemque habeant. Caeterum recepto iam more hanc Claſſem diviſi I. in Filices. II. Muſcos. III. Algas. IV. Fungos. Subdiviſiones LINNAEANAE ſunt.

Iam autem naturae nutum ſcrupuloſius ſecutus, non alias conſpicuae floreſcentiae ſtirpes, cum illis inconſpicuae maiorem invenio habere affinitatem, quam *incompletas* vulgo dictas plantas, in quas natura quaſi defluit, et ex priori inclinata propendet, ut haec merito prima a priori ſtatuatur INCOMPLETARVM claſſis.

Dico

Dico autem incompletas eas, quae vel corolla, vel ſtaminibus, vel piſtillo carent ſtirpes; unde etiam primario ordine vel in apetalas corolla carentes, vide TOVRN. iconem Aſari T. 286. vel viduas, aut ſtamine, aut piſtillo deſtitutas, vide TOVRN. icones Ricini T. 307. Vrticae 308. divido; priores iterum ex numero ſtaminum non optime ſubdividens, poſteriores autem ex ea conſtanti in nonnullis obſervata lege, qua una eademque ſtirps in diverſis floribus ſtamina aut piſtillum gerat, quae ob id monophyta, etiam monoica, aut in duobus individuis eadem poſſideat, quae inde diphyta aut dioica dicatur.

His iam ita conſtitutis ignorari non debet, et apetalarum nonnullas ſpecies petalodes eſſe, et viduarum non paucas maritatas completasque, has naturae tranſitiones, has inſenſibiles diverſarum etiam primo aſpectu familiarum commiſſuras, hic, ut in praecedenti claſſe, et ſequentibus fere omnibus perpetuas eſſe, et in ſingula claſſe ſyſtematicum ordinans ingenium a natura, ni demum ſe huic credat, ludi confundique, ut igitur a nobis naturam arcte ſequentibus apetalarum et viduarum primaria ſubdiviſio, in habitus ſimplicis et affinis plantas ideo facta ſit, quod habitus in iunctis naturae familiis et per affinitatem a ſe immediate defluentibus ſemper imperet, nec contra hunc ullum fructificationis principium, ni demum in eiusdem habitus criterium aſſumptum fuerit, quidpiam poſſit.

Quanquam vero et haec ita ex naturae pateant nutu, eſt tamen incompleti tam per ſe, quam per decidentiam, aut deliqueſcentis floris illuſtrandus magis conceptus, ne dubio ſub ſenſu unquam accipiatur. Et primo ſub incompletis deliqueſcentibus, ſive habitus affinis plantis etiam omnes eae contineri debent ſtirpes, quae quanquam per ſe perfectis inſtructae ſint floribus, et inde alteri claſſi inſerendae, tamen cum imperfectis aliis adeo magnam habent affinitatem, ut ab his ſeparari non poſſint; meretur res *Atriplicis* et *Chenopodii* exemplo illuſtrari: ſi enim ex obſervatione Cl. LINNAEI *Atriplex* absque flore femineo ſit *Chenopodium*, et *Chenopodium* cum flore eiusmodi femineo ſit *Atriplex*, inde ſumma affinitas chenopodii et atriplicis pateat obſervante eodem clariſſimo viro, an poteſt ullo naturae aut conſilio a chenopodio ſeparari atriplex, aut conſenſu in duo genera diſtrahi? quare ſexus genera non facit, docentibus ex eadem Clariſſimis Viris HALLERO, BOEHMERO. Tum ſecundo, non fas eſt in uno eodemque genere, florem per decidentiam incompletum eum credere, qui ratione numeri alicuius fructificationis partis cum ſociis variet, ut dum in uno eodemque genere duae tresve uxores habentur, aut modo quatuor, modo octo, ut in *Riviniis* mariti, licet tamen ipſae *Riviniae* per alias legitimas rationes incompletae apetalae habeantur. Tertio demum neque ea incompletis adnumerari debent

genera,

genera, quae ab aliqua fructificationis parte deflectentem unam in ſua familia complectuntur ſpeciem, dum pleraeque aliae tamen completae ſint, ut in *Valeriana*, *Phylica*, *Lychnide*, *Phytolacca*, aliis etiam apetalis probatio, praeterquam quod enim raro id Cl. LINNAEVS, molitus, et in his nequidem id tentaverit, habitus ſupereſt potentia, ſeu ea *Phytolaccarum* et aliorum generum anima, ut ſi demum aliqua in his ſpecies quoad ſtamina eſſet monandra, alia diandra, tertia tetrandra, dodecandra, icoſandra etc. ut revera eſt in LINNAEO octandra, decandra, icoſandra, dioica, *Phytolacca*, quoad piſtilla vero ſemi monogyna, monogyna, ſemi digyna, digyna, trigyna, pentagyna, aut demum etiam eſſet polygyna, ſemper tamen ſit *Phytolacca*. Neque etiam incompletis adnumerari debent integra incompletarum genera, licet ipſa incompleta ſint, dum ſumma habitus neceſſitate completis incorporari claſſibus debent; huius rei probationem in umbellatis nobis conſervavit Cl. LINNAEVS, tum naturam ſecutus. Et certum eſt hodie exurgentem diandram, tetrandram etiam decandram aut icoſandram plantam, ſemina ſub flore pentapetalo, duo coniuncta in umbella conficientem, ſalva maritorum inconſtantia, ſemper umbelliferam futuram, et huic claſſi inſcribendam eſſe, non claſſe demum, ſed ſolo genere differentem; et cur umbellatis non inferretur ſtirpibus planta habitum claſſicum habens et

characterem? dum *Phytolacca* octandra, icosandra, dioica, decandriarum infertur classi et habitu classico et charactere, destituta? ut ex his pronum sit non adeo purum et peremptorie dominantem esse incompletarum ordinem, ut quae etiam incompletae sint species, aliis principalioribus et magis absolutis classibus inferri non possint.

Et nunc demum excusationem adferre debeo, cur naturalem TOVRNEFORTIO inventum, ROYENO latius deductum, amentaceorum ordinem, speciali divisione non proposuerim, sed per incompletas distributum digestumque dederim; non satis fixa botanicis amenti idea, iam ab hoc alicui plantae commissa, ab alio eidem denegata, prima excusatio est; alteram ipsae coniferae, et conglobatae dictae, aeque naturales, ac priores, constituentes ordines, quibus tamen, vel ob paucitatem, vel ob difficultatem ordinationis aut discriminis, naturalis assignata sedes non sit, suppeditant; ut igitur et amentaceas stricte dictas, et coniferas, et conglomeratas promiscue sub *monophytarum* aut *diphytarum* divisionibus proponere necesse habuerim. Caeterum quoniam haec incompletarum classis multos quasi in receptaculo squamis distincto flores colligit, ea non obscure subsequentes sibi adsciscit classes, illam nempe, quae et congestos habeat in dilatato receptaculo flosculos, etiam saepe incompletos, compositarum, et illam, quae glumosos habet

habet in receptaculo filiformi, gluma communi instructo, flores, graminum.

Tertia igitur COMPOSITARVM classis, vera habitus, si ulla alia soboles, eas complectitur stirpes, quae in uno communi receptaculo plures colligunt flosculos, vide TOVRNEF. *icones* T. 253. et sequentes. Sunt vero compositarum aliae, quae nempe in absoluto flosculorum monopetalorum communi insidentium calyci absque pedunculis, charactere fundantur absolutae: deliquescentes aliae, quae vel in pluralitate, vel in corolla monopetala, ipsa insidentia, thalamoque peccent. Ordines absolutarum Linnaeani sunt. I. Semiflosculosarum vide TOVRN. T. 251. II. Capitatarum vide TOVRN. T. 255. 256. III. Discoidearum vide TOVRN. T. 260. IV. Radiatarum vide TOVRN. T. 277. Deliquescentium vero, inter quas aggregatae vulgo dictae habentur, vide TOVRN. T. 263. 265. Primus ex flosculorum paucitate, ex insidentia, et thalami diversitate alter, desumpus ordo est, et hic quidem postremus adhuc in monopetalas et polypetalas dividitur.

Quartam GRAMINVM classem similiter sibi, qui in germine unico et semine absque pericarpio proprio etiam unico radicetur, vide TOVRNEF. T. 292. et sequentes, habitus vindicat. Cum vero is sic consideratus iam absolutus sit, et graminum faciem aliae etiamnum habeant stirpes, hoc charactere destitutae, manent

manent quidem haec gramina, ſed dicentur deliqueſcentia, quod in aliqua characteris abſoluti parte deflectant. Priora I. in monoclyna, haec α. in monoſtyla; illa β. in diſtyla locuſtis vel ſubunifloris vel multifloris. II. in diclina vel monica vel polyoica diviſi; deliqueſcentia vero in calamarias aut viduas, aut completas. Et ut quidem altera incompletarum claſſis gramina ſibi adiungi, ita quarta graminum illam palmarum poſtulat, quod et in his multae incompletae ſint, et in quibusdam aliqua graminum ſimilitudo, quam tamen manifeſtior palmarum a graminibus diſtinctus habitus, corrigat.

Quinta igitur PALMARVM eſt claſſis, ſigna ſua in ſpatha ſpadiceque adeo manifeſte circumferens, ut nec ab ipſo quidem ſexuali ſyſtemate, aut tentari poſſet, aut cogi; quare quidem hocce neceſſe habuit hanc nomine palmarum in tabulam votivam appendici appendere, et magnifico commonſtrare exemplo, ſaltem puram in cauda ſyſtematis, quae nec in capite nec in ventre eiusdem, qualis eſt, proponi poterat, naturam eſſe. Caeterum in hac, quam tamen non exactiſſime definitam habeo claſſe, LINNAEVM ROYENVMque ſecutus, diviſiones ſequentes ſtatui: I. Flabelliſoliae. II. Pennatiſoliae. III. Bipennatiſoliae. IV. Incompletae. V. Spatha bifida. VI. Ringentes. VII. Orchideae. VIII. Enſatae. Ex palmis naturalis in lilia defluxus eſt.

Sexta

Sexta ergo LILIACEARVM classis, flo-
:m liliastroidem cum pistillo aut trigono aut
ıguloso aut trifido, et triloculari pericarpio
ɔstulat, ut habitus sit absolutus, vide TOVR-
EF. T. 195. 181. et alias. Quae vero liliaceae
ı uno horum deficiunt, habitus sunt deliquc-
entis. Sic vide eiusdem T. 184. Absolutarum
hac gente stirpium divisio I. ex corolla mono-
etala. II. Corolla tri- aut hexapetala, haec
el aperianthia vel calyculata, deliquescentium
ɔntra I. ex pistillo. II. Ex pericarpio petitur.
st evidens liliaceorum et ringentium commis-
ıra quare

Septimae classi illas inscribo monopetalas
irpes, quae irregulari limbi sectione rictum
videntius obscuriusque exprimentes RIN-
GENTES hodie omnibus, TOVRNEFOR-
TIO etiam personatae et labiatae dicuntur, vi-
e eiusdem viri T. 75. 76. 82. Sequentes, va-
iae enim sunt ringentis floris ut et liliastroidis
ifferentiae, quae rite cognitae esse debent, con-
ıle TOVRN. icones. Ringentium absolutus
abitus I. in flore classico. II. Calyce quocun-
ue praeterquam spathaceo. III. In staminibus
ıuobus aut quatuor foecundis, duobus sem-
ɔer, si quatuor fuerint, minoribus, vertitur,
ıt in aliquo harum conditionum defectu versa-
ur deliquescens. Absoluti primarii omnium
uctorum ordines sunt I. Gymnospermarum.
I. Angiospermarum: horum divisiones ex nu-
nero staminum, et divisione, aut segmentis
calycis

calycis deſumpſi, idem in deliqueſcentibus feci. Ringentium vero non obſcura eſt in papilionaceas propenſio, dum exſtant *Monnieriae*, *Fumariae*, *Polygalae* inter ringentes et papilionaceas mediae.

PAPILIONACEVS TOVRNEFORT. et aliorum flos, quatuor diſſimilibus petalis, quorum ſuperius vexillum, inferius carina, lateralia duo alae nuncupantur, factus, vide TOVRN. T. 209. et ſequentes, claſſem octavam ſibi vindicat. Hic flos claſſicus filamentorum in duo corpora connatorum et leguminis probatur criterio, ut ſit abſolutus; deliqueſcens vero vel in corolla, vel in ſtaminum ortu, coalitu, vel in legumine deficit. Prioris diviſiones ex LINNAEO ſunt I. ſtaminum omnium connexorum. II. Solutorum cum ſtigmate pubeſcente. III. Leguminis ſubbilocularis cum abſentia notarum praecedentium. IV. Leguminis ſubmonoſpermi cum eadem. V. Leguminis ſubarticulati. VI. Leguminis unilocularis polyſpermi cum abſentia priorum. Poſterioris differentia I. ex figura floris. II. Ex charactere diadelphorum. III. Ex fructu deficientibus deſumpſi.

Nonam claſſem CRVCIFORMES habent, quarum nempe flores ex quatuor petalis compoſiti, crucem quodammodo repraeſentant, vide TOVRNEF. T. 100. et ſequentes. Hi flores claſſici probantur ſtaminibus ſex, duobus conſtanter minoribus, et ſilicula, aut ſiliqua, ut dicantur

ıntur abſoluti; qui vero ſolum claſſici ſint, et ıa duarum deſtituantur notarum, ſimplicis. abitus abſoluti unica in *ſiliculoſas* et *ſiliquoſas* :teribus iam recepta diviſio eſt facilis, generum :ro ardua differentia et inſufficiens, ut corrigi :beat; habitus ſimplex diviſionem poſtulat huısque nullam.

Decima ab illis ſtirpibus dicta claſſis eſt, ıae ſuos floſculos in umbella ſeu umbraculo igeſtos circumferant, et inde VMBELLIERAE proprie vocentur, vide TOVRN. .158. MORIS. et aliorum umbellatas plans. In hac autem claſſe id ignorari non debet, orem ipſum proprie claſſicum non eſſe, ſed peıunculos ex uno centro diviſi receptaculi per ıdios exeuntes, flores hoſce gerentes, ut inde er tranſennam intelligatur, non ſemper eſſenıalem, quae claſſem valeat generare, partem ſſe debere. Licet vero ita definitus ſit umbeltarum ſtirpium habitus, habent tamen etiam lae alias, quibus arctius ſtringantur, notas, et robatur omnis abſolute umbellata dicenda irps. I. Vmbraculo. II. Flore pentapetalo. I. Seminibus duobus ſibi iunctis; probae haud :nax deliqueſcens habetur. Caeterum ARHEDII diviſiones, licet non accuratas, quia ucusque emendare non potui, ſervavi, correıiores et certiores in Faſciculo III. umbellataıum ſtirpium tentaturus.

Stamina in columnam tota longitudine floıferam patentem, educta, undecimae noſtrae claſſi,

claſſi, ſtirpium COLVMNIFERARVM nomen imponunt, TOVRNEF. T. 23. 26. quae in perianthio ſemper praeſente, corolla aperta, baſi coalita, ut videatur monopetala, confirmatur. Diviſiones ex calyce et ſtylo deſumptae ſunt I. ex calyce ſimplici, et ſtylo ſimplici. II. Calyce ſimplici, ſtylo diviſo. III. Calyce ſimplici, ſtylo multiplici. IV. Calyce duplici, aut imbricato.

Stamina calyci inſerta claſſem duodecimam CALYCIFLORARVM conſtituunt, quae et petala calyci inſerta gerat, et floris receptaculum per totum ſeſe diffundens calycem, vide TOVRN. T. 399. 400. 401. etc. Diviſiones ſequentes ſunt I. Apetalarum. II. Monopetalarum. III. Polypetalarum; poſteriorum vero ſubdiviſiones in illas, quae I. pericarpio nullo aut calycino. II. Bacca ſicca aut cornoſa. III. Drupa. IV. Pomo. V. Pericarpio capſulari: α. ſimplici, β. multiplici, aut aggregato gaudeant, ſeci.

Decima tertia FRVCTIFLORARVM claſſis eſt. Eas vero dico fructifloras, quae germinis infra receptaculum ſitum habeant, ſeu quibus aut calyx, aut fructus ſuperus ſit, aut ſecundum mentem TOVRNEFORTII, quibus calyx abit in fructum, vide eiusdem viri T. 37. campanularum. Eſt vero hocce in multis ſtirpibus inſtituto examine adeo evidens claſſicum ſignum, ut omnino mirandum ſit, excepto Cl. LINNAEO, adeo negligentes in deſcri-

:ſcribendis plantis fuiſſe ſexuales pene omnes, : nec flores ſuperos nec inferos, non infimae diſtinguendis ſtirpibus et harum ordinibus ilitatis, unquam viderint, ſicque continuo ancas ſtirpium deſcriptiones poſteritati committant. Fructiflorarum diviſio primaria eſt in onopetalas, et polypetalas: priores I. in ſtellas. II. Pericarpio nullo. III. Pericarpio capſuri. IV. Baccato. V. Nucamentaceo praeditas; oſteriores fere ad priorem modum diviſi.

Quanquam vero duae hae poſteriores claſs, ſua non obſcura habeant, quibus cognoantur, claſſica ſigna, tenendum tamen eſt, as habitus abſoluti vim non poſſidere, per conequens non poſſe ſtirpem, ex habitu abſoluto lteri inſerendam claſſi, abſolute repetere, et ibi vindicare, ut evidens eſt in umbellatis, liiaceis, et aliis pluribus inſtantia, quin et aliis lignoſcendas facilius claſſibus, aut calycifloras ut fructifloras ſtirpes, illis illatas reliqui.

Et nunc ſupereſſent etiam aliquot paucarum ſtirpium claſſes, ut caryophyllaearum, iſperifoliarum, folliculoſarum etc. cum tamen eae nec ſatis ab omnibus agnitae, nec diſtinctiſſime definitae ſint, illas ut ordines ſolum ſequentibus claſſibus inferam Hae vero reſiduarum ſtirpium claſſes etſi artificiales ſint, id tamen prae artificialibus aliis habent, quod his omnibus ſint longe feliciores, et naturalibus condendis generibus mirifice faveant, dum etiam in inevitabili artificio naturam regenerent,

nec ſpecies dirimant, nec genera ſeparent. Vi vero easdem rite definirem ſepararemque, naturam, in cognitis ſpeciebus ſpeculatus, in ec arripui tranſitu, in quo illa verſatilis magis, magisque dubia et haeſitans obſervaretur, ſcilicet in eo, ubi icoſandrias LINNAEVS cum polyandriis committens, adeo paucas ſiſtit ex icoſandriis in polyandrias confluentes ſpecies. Quanquam vero et aliquas habeat, ut v. g. in thalictro ex meis obſervationibus, etiam in aliis plantis, is ſane confluxus in noſtro artificio ne difficultatem iniicere poteſt, dum in ſexuali ſemper deſperationem adferre debet; cum enim duae ſolum claſſes ſint, quae in confluxu tergiverſantes ſtirpes ſiſtant, hae, ſi in poſteriori non inveniantur, priori certo incluſae ſunt, dum contra in ſexuali ſyſtemate minime certus eſt diandriarum in triandrias, harum in tetrandrias aut pentandrias tranſitus, ſed etiam in alias maiores claſſes naturam vagari deprehendas, aeternum ignoraturus, qua claſſe ſtirpem quaerere debeas, ni demum caſu lignea I. BAVHINI et alterius icon duxerit. Quare

PAVCI-STAMINEARVM decimam quartam conſtituo claſſem, eam nempe, quae ſtamina ab uno ad novemdecim incluſive poſſideat, et huius claſſis ordines duos ſtatuo, hunc *Monopetalorum*, *Polypetalorum* alterum; prioris diviſiones tum ex ordinibus naturalibus tum ex pericarpio. I. Ex aſperifoliis. II. Pericarpio ſubnudo. III. Folliculaceis. IV. Pericarpio uniloculari. V. Multiloculari. VI. Baccato. VII. Drupaceo. VIII. Nucamen-

camentaceo et pomiformi. IX. Ignoto. Atque in his omnibus omnino evidenter patet, quam vim artificium ordinans habitui inferre possit.

Vltima demum et decima quinta MVLTISTAMINEARVM classis est, quae nempe stamina viginti et ultra possideat, cuius similes priori divisiones sint, et ad primum oculum ex staminum pluralitate faciles notae, vide TOVRN. T. 136. 148. sequentes. Et iam iudicent illi, quibus iudicandi est potestas, qua methodo in actum deducta cognosci facilius plantae possint, et num ex eo, quod systema naturale omni numero absolutum nondum concinnatum sit, reiectis naturalibus classibus, artificiali solum inhiandum sit? sic saltem fieri posse spes est, ut et classes naturales magis obfirmentur, et artificiales aliquando in naturales evehantur, natura demum in natura deprehendatur, sed de his iam prius latius dixi.

Quae alia sunt, generum *Linnaeanas*, *Ludwigianas*, *Boehmerianas*, hinc inde iam confecto opere *Gleditschianas* et aliorum definitiones, specierum potissimum LINNAEI, et illorum, a quibus ipse mutuatus, aliquas insuper ROYENI, HALLERI descriptiones servavi, specierum icones quantum potui indicavi. Pauca hinc inde mutavi, in generibus, quae contraxi, in speciebus, quas clarius proposui. Plurima intacta reliqui, summis solum his botanicis emendanda. Vi systematis nullum novum genus facere debui, ut nimis certum est, omnia artificialia systemata constanter debuisse. Quare etiam nunc non aliud

laudabile magis opus, et botanicae magis proficuum concinnari posse putem, quam id, quod contracta proderet genera, et rite ponderatas inter sese species, quae quidem modo nimia indulgentia solvuntur, dum non satis aliena sunt, modo nimio rigore contrahuntur, dum sunt distinctissima. Esset vero in eiusmodi immortali labore id primum semper moliendum, ut non ex paucis particularibus, quod vitium sexualibus frequens, sed ex omnibus simul collectis stabiliretur generis, tum demum particulares cunctas in generali prototypo regeneratura species, definitio. Hoc quidem arduum et omni systematis inventione maius foret negotium, et si esset unius viri, tum sane esset LINNAEI, cui ego etiam, ut in id nervum intendat, publice supplico, florae et hortorum scriptores simul hortatus, suum ut in hanc rem, quod facile conferre possunt, conferant symbolum, non simplicem offerendo catalogum, seminum commercio potius, quam dilucidationi generum inserviturum, nec telam, quam nunquam incoeperunt, ipsi, aliis reliquendo, adiecta sola indeterminata hospitiorum in campis, pratis, sylvis, magni soni, multi strepitus, exigui vero fructus observatione, sed unius HALLERI et laboriosissimi SCOPOLI ad exemplum, stabilitos generum, ex examinatis speciebus suppeditando characteres, quod ut in botanicae emolumentum continuo obveniat, enixe opto.

AXIO-

AXIOMA

Habitum rebus creatis natura ingeravit; hic solus vegetabilia vel unit vel disiungit, systemata botanica probat aut reiicit. Absolutus infallibilis est.

FLORESCENTIA OMNIS

VEL EST

OBSCVRIOR VEL APERTIOR.

Habitus absolutus.

Obscurior.

CRYPTANTHAE.

1. *Filices.*
2. *Musci.*
3. *Algae.*
4. *Fungi.*

Habitus simplex et affinis.

Apertior.

I INCOMPLETAE.

1. *Apetalae.*
2. *Viduae. etc.*

Habitus absolutus et deliquescens.

III. COMPOSITAE.

1. *Semiflosculosae.*
2. *Capitatae.*
3. *Discoideae.*
4. *Radiatae.*

Habitus absolutus et deliquescens.

IV. GRAMINA.

1. *Monoclina.*
2. *Diclina.*

Habitus absolutus et deliquescens.

V. PALMAE.

1. *Flabellifoliae.*
2. *Pennatifidae.*
3. *Bipennatifidae. etc.*

Habitus absolutus et deliquescens.

VI. LILIACEAE.

1. *Monopetalae.*
2. *Polypetalae.*

Habitus absolutus et deliquescens.

VII. RINGENTES.

1. *Gymnomonospermae.*
2. *Angiospermae.*

Habitus

abitus abſolutus et deliqueſcens.

. PAPILIONACEAE.

1. *Connexae.*
2. *Solutae. etc.*

Iabitus abſolutus et deliqueſcens.

CRVCIFORMES.

1. *Siliculoſae.*
2. *Siliquoſae.*

Iabitus abſolutus et deliqueſcens.

VMBELLIFERAE.

1. *Vtroque involucro.*
2. *Partiali ſolum.*
3. *Nullo inſtructae.*

Habitus abſolutus et deliqueſcens.

I. COLVMNIFERAE.

1. *Simplicis calycis.*
2. *Duplicis.*

Habitus ſimplex.

II, CALYCIFLORAE.

1. *Monopetalae.*
2. *Polypetalae.*

Habitus

Habitus ſimplex.

XIII. FRVCTIFLORAE.

1. *Monopetalae.*
2. *Polypetalae.*

Methodus artificialis.

XIV. PAVCI-STAMINEAE.

1. *Monopetalae.*
2. *Polypetalae.*

Methodus artificialis.

XV. MVLTI-STAMINEAE.

1. *Monopetalae.*
2. *Polypetalae.*

CLASSIS I.

CRYPTANTHAE.

Eo nomine trado inferioris generis plantas, quas alii dicunt infimae vegetationis, in quibus non multa conſpicua ſit partium fructificationis diſtinctio; quodſi etiam hinc inde in aliquibus ſpeciebus aut generibus aliqua deprehenditur euidentior, ea non poteſt naturalem claſſem vel minimum immutare, eſt enim in his habitus non obſcura potentia.

FILICES.

Fructificatio in plantis firmis, ſiccis, vel in dorſo foliorum, vel in ſpicis diſtinctis, vel in vtrisque ſimul ſedens, colorata, hoc nomine venit, quo nonnulli *dorſiferas* alii *capillares* de-

 ſignant

ſignant ſtirpes. Sunt inter filices, quae fructificationes radicales habeant, vnde ordinantur, I. in fructificationes ſpicatas, II. fructificationes frondoſas in pagina inferiore, III. fructificationes radicales.

I. FRVCTIFICATIONES SPICATAE.

I. EQVISETVM.

Spica ſparſa, fructificationes peltatae baſi multiualui dehiſcentes. Caules et folia teretia, caua, pyxidatim articulata, addit *cl.* BOEHMER.

1. EQVISETVM *ſyluaticum.*
   Equiſetum caule ſpicato, frondibus compoſitis.
2. EQVISETVM *aruenſe.*
   Equiſetum ſcapo fructificante nudo, ſterili frondoſo.
3. EQVISETVM *paluſtre.*
   Equiſetum caule angulato, frondibus ſimplicibus.
   β. EQVISETVM paluſtre minus polyſtachyon. RAI. *angl.* 3. p. 131. T. 5. F. 3.
4. EQVISETVM *fluuiatile.*
   Equiſetum caule ſtriato, frondibus ſubſimplicibus.
5. EQVISETVM *limoſum.*
   Equiſetum caule ſubnudo laeui.
   Equiſetum nudum laeuius noſtras. RAI. *angl.* 3. p. 131. T. 5. F. 2.
6. EQVISETVM *hyemale.*
   Caule nudo, ſcabro, baſi ſubramoſo.
   Equiſetum. CAMM. *Epit.* 770. F. A.

7. EQVI-

7. EQVISETVM *giganteum.*
Caule ſtriato, frondibus ſimplicibus patentibus ſtrictis ſpiciferis.
Equiſetum altiſſimum, ramoſum. PLVM. *ſpec.* II. *ic.* 125. F. 2.

2. ONOCLEA.

Spica diſticha; fructificationes globoſae, quinqueualues; puluis ſeminalis villoſus.

1. ONOCLEA *ſenſibilis.*
Polypodium virginianum maius, oſmundae facie, tenerius. MORIS. III. p. 563. S. 14. T. 2. F. 10.

3. OPHIOGLOSSVM.

Spica articulata, diſticha: articulis transuerſim dehiſcentibus.

1. OPHIOGLOSSVM *vulgatum.*
Ophioglossum fronde ouata. PLVM. *fil.* XXXVI. T. B. F. 5.
β. Ophioglossum minus ſubrotundo folio. BAVH. *pin.* 354.

2. OPHIOGLOSSVM *luſitanicum.*
Ophioglossum fronde lanceolata.
Ophiglossum anguſtifolium minimum. BARR. *rar.* 1280. T. 252. F. 2.

3. OPHIOGLOSSVM *reticulatum.*
Fronde cordata.
Ophioglossum vulgari facie. PET. *fil.* 179. T. 10. F. 4.

4. OPHIOGLOSSVM *pendulum.*
Frondibus linearibus longiſſimis indiuiſis.
Scolopendra maior. RVMPH. *amb.* 6. p. 84. T. 37. F. 3.

5. OPHIOGLOSSVM *palmatum.*
Ophioglossum fronde palmata baſi ſpicifera. PLVM. *fil.* 139. T. 163. PET. *fil.* 178. T. 11. F. 2.

6. OPHIOGLOSSVM *ſcandens.*
Ophioglossum caule flexuoſo tereti, frondibus oppoſitis pinnatis: foliolis vtrinque ſpiciferis.
Lonchitis ſcandens braſiliana, pinnulis eleganter laciniatis. MORIS. III. p. 568. S. 14. T. 3. F. 15.

7. OPHIOGLOSSVM *flexuoſum.*
Ophioglossum caule flexuoſo, angulato, frondibus diphyllis: pinnis trifido palmatis.
Adiantum volubile maius. RVMPH. *amb.* 6. p. 75. T. 32.

4. OSMVNDA.

Spica ramoſa: Fructificatio globoſa biualuis. *Capſ.* numeroſae confertae vniloculares, biualues.

* *Scapis inſidentibus cauli ad baſim frondis.*

1. OSMVNDA *zeylanica.*
Oſmunda ſcapo caulino ſolitario, frondibus verticillatis lanceolatis indiuiſis.
Ophioglossum laciniatum. RVMPH. *amb.* 6. p. 153. T. 68. F. 3.

2. OSMVNDA *lunaria.*
Oſmunda ſcapo caulino ſolitario fronde pinnata ſolitaria.
β. Lunaria racemoſa ramoſa maior. BAVH. *pin.* 355.
γ. Lunaria racemoſa minor adianti folio. BREYN. *cent.* 183. T. 93.
δ. Lunaria minor, rutaceo folio. BAVH. *pin.* 355.

3. OSMVNDA *virginiana.*
Oſmunda ſcapo caulino ſolitario fronde ſupra decompoſita.
Oſmunda aſphodeli radice. PLVM. *fil.* 136. T. 159. PET. *fil.* 168. T. 9. F. 2.

4. OS-

OSMVNDA *phyllitidis.*
Ofmunda fcapis caulinis geminis, fronde pinnata caule laeui. PLVM. *fil.* 133. T. 156.

OSMVNDA *hirta.*
Ofmunda fcapis caulinis geminis, fronde pinnata caule hirto. PLVM. *fil.* 114. T. 157.

OSMVNDA *hirfuta.*
Ofmunda fcapis caulinis geminis fronde bipinnata hirfuta. PLVM. *fil.* 138. T. 162.

OSMVNDA *adiantifolia.*
Ofmunda fcapis caulinis geminis, fronde fupra decompofita. PLVM. *fil.* 135. T. 158.

** *Scapis nudis, e radice enatis.*

OSMVNDA *verticillata.*
Ofmunda fcapis radicatis: racemis verticillatis fronde fupra decompofita. PLVM. *fil.* 137. T. 160. PET. *fil.* 171. T. 12. F. 4.

OSMVNDA *ceruina.*
Ofmunda fcapo radicato fronde pinnata: pinnis integerrimis. PLVM. *fil.* 132. T. 154.

OSMVNDA *bipinnata.*
Ofmunda fcapo radicato, fronde pinnata: pinnis bipinnatifidis. PLVM. *fil.* 132. T. 155.

OSMVNDA *filiculifolia.*
Ofmunda fcapo radicato paniculato, fronde fupra decompofita. PLVM. *fil.* 138. T. 161.

*** *Fronde ipfa fructificationes ferente.*

12. OSMVNDA *regalis.*
Ofmunda fronde bipinnata apice racemifera. PLVM. *fil.* 35. T. B. F. 4.
β. Filix florida f. Ofmunda regalis foliis alternis, furculis feminiferis. GRON. *virg.* 123.

13. OSMVNDA *claytoniana.*
Ofmunda fronde pinnata: pinnis pinnatifidis apice coarctato fructificantibus.

**** *Frondibus aliis foliaceis, aliis fructificantibus.*

14. OSMVNDA *cinnamomea.*
Ofmunda frondibus pinnatis: pinnis pinnatifidis: fcapis hirfutis, racemis oppofitis compofitis.

15. OSMVNDA *ftruthiopteris.*
Ofmunda frondibus pinnatis: pinnis pinnatifidis fcapo fructificante difticho.

Filicaftrum feptentrionale et paluftre. *Act. petrop.* V. 10. T. 18.

16. OSMVNDA *fpicant.*
Ofmunda frondibus lanceolatis pinnatifidis: laciniis confluentibus integerrimis parallelis.
Lonchitis afpera minor CAM. *epit.* p. 665. *ic.*.

17. OSMVNDA *crifpa.*
Ofmunda frondibus fupra decompofitis, pinnis alternis fubrotundis incifis.
Filix botryoides etc. MORIS. III. S. 14. T. 4. F. 4.

II. FRVCTIFICATIONES FRONDOSAE

in pagina inferiore.

5. ACROSTICHVM.

Fructif in maculis difcum totum frondis tegentibus. *Capf.* faepe apice roftratae biualues.

* *Fronde fimplici indiuifa.*

1. ACROSTICHVM *lanceolatum.*
Acroftichum frondibus lineari-lanceolatis acutis, furculo fcandente.
Tiri-panna. RHEED. *mal.* 12. p. 141. T. 33.

2. ACRO-

CROSTICHVM *citrifolium.*
Acroſtichum frondibus lanceolato-ouatis integerrimis, ſurculo ſcandente.
Lingua ceruina ſcandens citri foliis minor. PLVM. *fil.* T. 116.

CROSTICHVM *heterophyllum.*
Acroſtichum frondibus integerrimis glabris petiolatis: ſterilibus ſubrotundis; fertilibus linearibus. *Amoen. acad.* 1. p. 268. T. 2.

CROSTICHVM *crinitum.*
Acroſtichum frondibus ouatis obtuſis ſupra crinitis. PET. *fil.* T. 13. F. 14.

CROSTICHVM *punctatum.*
Acroſtichum frondibus cordato-lingulatis acuminatis integerrimis ſupra punctatis.

** *Fronde ſimplici diuiſa.*

ACROSTICHVM *ſeptentrionale.*
Acroſtichum frondibus nudis linearibus laciniatis.
Filix ſaxatilis tragi. LOB. *ic.* 47.

ACROSTICHVM *pectinatum.*
Acroſtichum nudum ſimpliciſſimum, ſpica ouata ſecunda adſcendente reflexa compreſſa. *Amoen. acad.* I. F. 4. MORIS. III. S. 8. T. 9. F. 30.

ACROSTICHVM *dichotomum.*
Acroſtichum nudum dichotomum, ſpicis ſecundis adſcendentibus reflexis compreſſis.
Filix cochine. PET. *gaz.* T. 70. F. 12.

ACROSTICHVM *digitatum.*
Acroſtichum ſtipitibus nudis triquetris: fronde digitata lineari integerrima aequali. *Amoen. acad.* 1. F. 1.

ACROSTICHVM *ferrugineum.*
Acroſtichum frondibus pinnatifidis: pinnis linearibus acutis patentibus integerrimis connatis, ſtipite laeui.

Filicis folio polypodium ferruginosum minus. PLVK. *phyt.* 89. F. 9.

11. ACROSTICHVM *polypodioides.*
Acrostichum frondibus pinnatifidis, pinnis linearibus obtusis integerrimis patentibus connatis: stipite squamoso. MORIS. III. S. 14. T. 3. F. 5.

*** *Fronde pinnata.*

12. ACROSTICHVM *aureum.*
Acrostichum frondibus pinnatis: pinnis alternis linguiformibus integerrimis glabris.
Phyllitis ramosa aurea. PET. *fil.* T. 8. F. 5.

13. ACROSTICHVM *rufum.*
Acrostichum frondibus pinnatis: pinnis oblongo ouatis integerrimis pubescentibus. SLOAN. *iam.* T. 45. F. 1.

14. ACROSTICHVM *sorbifolium.*
Acrostichum frondibus pinnatis: pinnis oblongis integris serratis acutis; stipitibus squamosis.
Lonchitis calamifera pinnis serratis. PET. T. 9. F. 8.

15. ACROSTICHVM *marginatum.*
Acrostichum frondibus pinnatis: pinnis oblongis integerrimis vndulatis acuminatis: stipite nudo. SLOAN. *iam.* T. 40.

16. ACROSTICHVM *sanctum.*
Acrostichum frondibus pinnatis lanceolatis: pinnis lineari-lanceolatis, inciso-serratis: serraturis infimis maioribus. SLOAN. *iam.* T. 49. F. 2.

17. ACROSTICHVM *areolatum.*
Acrostichum frondibus pinnatis: pinnis alternis linearibus, apice serratis.

18. ACROSTICHVM *platyneuron.*
Acrostichum frondibus pinnatis: pinnis alternis ouatis crenatis, sessilibus sursum arcuatis.
Filix polypodium dicta minima virginiana platyneuros. PLVK. *alm.* T. 289. F. 2.

19. ACRO-

ACROSTICHVM *trifoliatum.*

Acroſtichum frondibus pinnatis: foliolis ternatis lanceolatis.

Phyllitis puluerulenta foliis anguſtis trifidis. PET. *fil.* T. 8. F. 9.

**** *Fronde ſub-bipinnata.*

ACROSTICHVM *ſiliquoſum.*

Acroſtichum frondibus pinnatis: pinnis alternis ſurſum pinnulatis linearibus: inferioribus bipartitis. *Amœn. acad.* I. p. 270. F. 3.

ACROSTICHVM *thaliſtroides.*

Acroſtichum frondibus pinnatis: pinnis alternis vtrinque pinnatifidis ſterilibus latioribus. *Fl. zeyl.* T. 4.

ACROSTICHVM *marantae.*

Acroſtichum frondibus ſub-bipinnatis: pinnis oppoſito-coadunatis ſubtus hirſutiſſimis: baſi ſubdentatis.

Lonchitis aſpera marantae. CAM. *epit.* 666. *ic.*

ACROSTICHVM *iluenſe.*

Acroſtichum frondibus ſub-bipinnatis: pinnis oppoſito-coadunatis obtuſis ſubtus hirſutis: baſi integerrimis. MORIS. III. S. 14. T. 3. F. 23.

ACROSTICHVM *ebeneum.*

Acroſtichum frondibus pinnatis: pinnis ſeſſilibus oblongis ſinuatis; ſummis breuiſſimis integerrimis. SLOAN. *iam.* T. 53. F. 1.

ACROSTICHVM *thelypteris.*

Acroſtichum frondibus pinnatis: pinnis pinnatifidis integerrimis.

Filix mollis ſ. glabra, vulgari mari non ramoſae accedens. I. B. p. 731. F. 1.

ACROSTICHVM *furcatum.*

Acroſtichum dichotomum: foliis pinnatis: pinnis parallelis lanceolatis approximatis integerrimis.

Filix furcata taxifoliis. PET. *fil.* T. 5. F. 4.

***** *Fronde bipinnata.*

27. ACROSTICHVM *cruciatum.*
Acroſtichum frondibus bipinnatis: foliolis oppoſitis lanceolatis: infimis cruciatim appendiculatis.
Adiantum puluerulentum, pinnis infra auritis. PET. *fil.* 161. T. 9. F. 10.

28. ACROSTICHVM *barbarum.*
Acroſtichum frondibus bipinnatis: foliolis oppoſitis: pinnulis lanceolatis obtuſis ſerratis ſeſſilibus alternis.
Filix africana floridae ſimilis etc. PLVK. *alm.* 156. T. 181. F. 5.

29. ACROSTICHVM *calomelanos.*
Acroſtichum frondibus bipinnatis: pinnis alternis lanceolatis acuminatis pinnatifidis.
Filix non ramoſa maior, etc. SLOAN. *iam.* 20. *hiſt.* 1. p. 92. T. 30. F. 2.

30. ACROSTICHVM *aculeatum.*
Acroſtichum frondibus ſupra decompoſitis: pinnis bifidis, ſtipitibus aculeatis.
Filix ramoſa maior, caule ſpinoſo etc. SLOAN. *iam.* 23. *hiſt.* 1. p. 99. T. 61.

6. POLYPODIVM.

Fructif. in punctis per diſcum frondis ſparſis. *Capſ.* globoſae vniloculares, biualues abſque annulo elaſtico pedicellatae.

* *Fronde indiuiſa.*

1. POLYPODIVM *lanceolatum.*
Polypodium frondibus lanceolatis integerrimis glabris, fructificationibus ſolitariis, radice nuda.
Phyllitis folio longo, anguſtifolia, maculis maioribus. PET. *fil.* 8. T. 6. F. 2.

2. PO-

LYPODIVM *lycopodioides.*

Polypodium frondibus lanceolatis integerrimis glabris, fructificationibus solitariis surculo squamoso repente.

Lingua ceruina scandens, caulibus squamosis. PLVM. *fil.* 104. T. 119.

LYPODIVM *piloselloides.*

Polypodium frondibus lanceolatis integerrimis hirtis: sterilibus ouatis, fertilibus linearibus, fructificationibus solitariis.

Lingua ceruina minima repens et hirsuta. PLVM. *fil.* 103. T. 118.

OLYPODIVM *heterophyllum.*

Polypodium frondibus crenatis glabris: sterilibus subrotundis sessilibus; fertilibus lanceolatis, fructificationibus solitariis.

Lingua ceruina heterophylla scandens et repens. PLVM. *fil.* 105. T. 120.

OLYPODIVM *crassifolium.*

Polypodium frondibus lanceolatis glabris integerrimis fructificationibus serialibus.

Phyllitis maculata amplissimo folio. PET. *fil.* 1. p. 6. T. 8.

β. Phyllitis maculata, breuiori et crassiori folio. PET. *fil.* 2. p. 6. T. 1.

OLYPODIVM *phyllitidis.*

Polypodium frondibus lanceolatis glabris integerrimis, fructificationibus sparsis. PLVM. *amer.* 26. T. 38.

Phyllitis folio longo et marginato. PET. *fil.* 5. T. 6. F. 10.

POLYPODIVM *comosum.*

Polypodium frondibus lanceolatis glabris integerrimis: apice multifido, fructificationibus sparsis.

Lingua ceruina, multifido cacumine, laciniata. PLVM. *fil.* 115. T. 131.

8. PO-

8. POLYPODIVM *trifurcatum.*
Polypodium frondibus lanceolatis glabris repando-finuatis: apice trilobis.
Lingua ceruina finuosa in summitate trifulca. PLVM. *fil.* 120. T. 138.

** *Fronde pinnatifida lobis coadunatis.*

9. POLYPODIVM *crispatum.*
Polypodium frondibus pinnatifidis glabris: lobis semi-orbiculatis crenatis. PET. *fil.* 25. T. 13. F. 12.

10. POLYPODIVM *suspensum.*
Polypodium frondibus pinnatifidis glabris: lobis semiouatis acutis.
Polypodium pendulum glabrum. PLVM. *fil.* 67. T. 87.

11. POYPODIVM *asplenifolium.*
Polypodium frondibus pinnatifidis pilosis: lobis semiouatis acutis. PET. *fil.* 26. T. 7. F. 16.
β. Polypodium pendulum subtus villosum. PET. *fil.* 35. T. 14. F. 1.

12. POLYPODIVM *scolopendrioides.*
Polypodium frondibus lanceolatis pinnatifidis: lobis obtusiusculis: infimis remotis.
Polypodium minus, asplenii folio. PET. *fil.* 23. T. 1. F. 14.

13. POLYPODIVM *vulgare.*
Polypodium frondibus pinnatifidis: pinnis oblongis subserratis obtusis, radice squamata.
Polypodium vulgare. BAVH. *pin.* 359. *fil.* 27. T. A. F. 2.
β. Polypodium minus. DOD. *pempt.* 464.

14. POLYPODIVM *virginianum.*
Polypodium frondibus pinnatifidis: pinnis oblongis subserratis obtusis, radice laeui.
Polypodium minus vulgaris faciei. PET. *fil.* 22. T. 7. F. 9.
Polypodium radice tenui et repente. PLVM. *amer* 25. T. 36. *fil.* 60. T. 77.

15. PO-

15. POLYPODIVM *otites.*
Polypodium frondibus pinnatifidis: lobis lanceolatis alternis obtusis distantibus.
Polypodium lonchitidis folio, minus. PET. *fil.* 32. T. 1. F. 16.

16. POLYPODIVM *pectinatum.*
Polypodium frondibus pinnatis lanceolatis: lobis approximatis ensiformibus parallelis acutis horizontalibus, radice nuda.
Polypodium lonchitidis folio. PET. *fil.* 31. T. 7. F. 14.

17. POLYPODIVM *taxifolium.*
Polypodium frondibus pinnatis: lobis approximatis ensiformibus parallelis acutis adscendentibus, radice hirta.
Polypodium taxifolio pendulum. PET. *fil.* 35. T. 14. F. 1.

18. POLYPODIVM *struthionis.*
Polypodium frondibus pinnatis: lobis approximatis ensiformibus repandis horizontalibus.
Polypodium crispum struthionis pennis. PET. *fil.* 30. T. 3. F. 8.

19. POLYPODIVM *squamatum.*
Polypodium frondibus pinnatifidis scabris, pinnis lanceolatis distantibus horizontalibus integerrimis.
Polypodium longifolium, squamulis argenteis. PET. *fil.* 37. T. 7. F. 11.

20. POLYPODIVM *loriceum.*
Polypodium frondibus pinnatifidis laeuibus: pinnis lanceolatis distantibus horizontalibus repandis.
Polypodium longifolium radice dulci. PET. *fil.* 27. T. 7. F. 10. 12.

21. POLYPODIVM *alatum.*
Polypodium frondibus pinnatifidis laeuibus pinnis oblongis distantibus dentatis. PET. *fil.* T. 7. F. 13.

22. PO-

22. POLYPODIVM *cambricum.*
Polypodium frondibus pinnatifidis: pinnis lanceolatis lacero-pinnatifidis ferratis. MORIS. III S. 14. T. 2. F. 8. *bona.*

23. POLYPODIVM *aureum.*
Polypodium frondibus pinnatifidis laeuibus, pinnis oblongis diſtantibus: infimis patulis; terminali maxima, fructificationibus ſeriatis. PLVM. *amer.* 25. T. 35. *Filic.* 59. T. 76.

24. POLYPODIVM *quercifolium.*
Polypodium frondibus ſterilibus breuioribus obtuſis ſinuatis; fructificantibus alternis pinnatis lanceolatis. MORIS. III S. 14. T. 1. F. 15.
Polypodium indicum. CLVS. *exot.* T. 89.

*** *Fronde trifoliata ſtipite foliolis tribus.*

25. POLYPODIVM *trifoliatum.*
Polypodium frondibus ternatis ſinuato-lobatis: intermedia maiore. PET. *fil.* 18. T. 7. F. 3. et PLVM. *amer.* T. 32. *fil.* T. 148.

**** *Fronde pinnata ſimpliciter.*

26. POLYPODIVM *vnitum.*
Polypodium frondibus pinnatis: pinnis enſiformibus ferratis: ferraturis ſemiouatis, ouato-neruoſis.
Filix pyramidalis maderaſpatana etc. PET. *muſ.* 10 T. 1. F. 55.

27. POLYPODIVM *lonchitis.*
Polypodium frondibus pinnatis: pinnis lunulatis ciliato-ferratis declinatis, ſtipitibus ſtrigoſis. MORIS. III. S. 14. T. 2. F. 1.

28. POLYPODIVM *auriculatum.*
Polypodium frondibus pinnatis: pinnis falcato lanceolatis: ferratis baſi truncatis ſurſum auritis.
Filix zeylanica lonchitidis facie. BREYN. *Cent.* T. 44. F. 2.

29. PO-

POLYPODIVM *exaltatum.*

Polypodium frondibus pinnatis: pinnis ensiformibus integris, basi inferiore introrsum, superiore sursum gibbis.

Lonchitis glabra minor. PLVM. *amer.* 19. T. 28.

POLYPODIVM *triangulum.*

Polypodium frondibus pinnatis: pinnis triangularibus dentatis.

Trichomanes folio triangulo dentato. PET. *fil.* 76. T. 1. F. 10.

POLYPODIVM *simile.*

Polypodium frondibus pinnatis: pinnis lanceolatis integerrimis distinctis: supremis minoribus, punctis seriatis.

Lonchitis altissima, pinnulis raris non laciniatis. SLOAN. *iam. hist.* 1. T. 32.

POLYPODIVM *dissimile.*

Polypodium frondibus pinnatis: pinnis lanceolatis subpubescentibus confluentibus: inferioribus distinctis; punctis sparsis.

Filix iamaicensis iaceae maioris emula etc. PLVK. *alm.* T. 288. F. 1.

POLYPODIVM *cordifolium.*

Polypodium frondibus pinnatis: pinnis cordatis obtusis integerrimis repandis.

Trichomanes folio cordato. PET. *fil.* 75. T. 1. F. 11.

POLYPODIVM *reticulatum.*

Polypodium frondibus pinnatis oblongis integris: anastomosibus rectangulis, punctis rectangulis approximatis.

Filix latifolia non ramosa nigris tuberculis puluerulenta. PLVM. *amer.* 6. T. 9.

POLYPODIVM *cicutarium.*

Polypodium frondibus ternatis: foliolis bipinnatifidis, basi laciniatis obtuse inciso-serratis acuminatis: infimis gibbosioribus. PLVK. *alm.* T. 284. F. 1 et 2.

***** *Fronde ſub-bipinnata baſi confluente, vt ſemi-bipinnata videatur.*

36. POLYPODIVM *phegopteris.*
Polypodium frondibus ſub-bipinnatis: foliolis infimis reflexis, paribus pinnula quadrangulari coadunatis.
Filix minor britannica etc. MORIS. III. S. 14. T. 4. F. 17.

37. POLYPODIVM *retroflexum.*
Polypodium frondibus ſub-bipinnatis: foliolis infimis reflexis pinnis laceris.
Filicula alis inferioribus pendulis. PET. *fil.* T. 1. F. 9.

38. POLYPODIVM *fragrans.*
Polypodium frondibus ſub-bipinnatis, lanceolatis: foliolis confertis lobis obtuſis ſerratis: ſtipite paleaceo.

39. POLYPODIVM *fontanum.*
Polypodium frondibus ſub-bipinnatis lanceolatis: foliolis ſubrotundis argute inciſis, ſtipite laeui.
Adiantum filicinum durius criſpum minimum. BARR. *ic.* 452. F. 1.

40. POLYPODIVM *paraſiticum.*
Polypodium frondibus ſemi-bipinnatis lanceolatis: lobulis rotundatis integerrimis ſtriatis.
Kari-welli-panna. RHEED. *mal.* 12. p. 35. T. 17.

41. POLYPODIVM *varium.*
Polypodium frondibus lateralibus bipinnatis: foliolo infimo pinnatifido.

42. POLYPODIVM *criſtatum.*
Polypodium frondibus ſub-bipinnatis: foliolis ouato-oblongis: pinnis obtuſiuſculis apice acute ſerratis.
Filix non ramoſa maior pinnulis latiuſculis longioribus in profundos denticulos diuiſis. MORIS. III. S. 14. T. 3. F. 11.

43. PO-

POLYPODIVM *F. mas.*
Polypodium frondibus bipinnatis: pinnis obtusis crenulatis, stipite paleaceo.

POLYPODIVM *F. foemina.*
Polypodium frondibus bipinnatis: pinnulis lanceolatis pinnatifidis acutis.
Filix mas non ramosa, pinnulis angustis rarioribus profunde dentatis. MORIS. III. p. 579. S. 14. T. 3. F. 8 PLVK. *phyt.* 180. F. 4.

POLYPODIVM *aculeatum.*
Polypodium frondibus bipinnatis: pinnis lunulatis dentatis, stipite strigoso.
Filix mas non ramosa, pinnulis latis auriculatis spinosis. PLVK. *alm.* 152. T. 179. F. 6. et 180. F. 1.

POLYPODIVM *rhaeticum.*
Polypodium frondibus bipinnatis: foliolis pinnisque remotis lanceolatis: ferratis acuminatis.

POLYPODIVM *noucboracense.*
Polypodium frondibus bipinnatis: pinnis oblongis integerrimis parallelis, stipite laeui.

POLYPODIVM *pubescens.*
Polypodium frondibus bipinnatis pilosis: pinnis lanceolato-ouatis subincisis acutis: extimis confluentibus.

POLYPODIVM *marginale.*
Polypodium frondibus bipinnatis: pinnis basi sinuato-repandis, fructificationibus marginalibus.

POLYPODIVM *bulbiferum.*
Polypodium frondibus bipinnatis: foliolis remotis: pinnis oblongis obtusis ferratis subtus bulbiferis.
Filix baccifera. MORIS. III. p. 579. S. 14. T. 3. F. 10.

POLYPODIVM *F. fragile.*
Polypodium frondibus bipinnatis: foliolis remotis: pinnis subrotundis incisis.

Filix ſaxatilis; cauliculo tenui fragili. PLVK. *alm.* 150. T. 180. F. 5.
Filix pumila ſaxatilis II. CLVS. *pon.* 706.

52. POLYPODIVM *regium.*
Polypodium frondibus bipinnatis: foliolis ſuboppositis: pinnis laciniatis.
Filix regia, fumariae pinnulis. VAILL. *pariſ.* 52. T. 9. F. 1.

53. POLYPODIVM *leptophyllum.*
Polypodium frondibus bipinnatis: ſterilibus breuiſſimis: pinnis cuneiformibus lobatis. MAGN. *monſp.* 5. T. 5.
Adiantum filicinum leptophyllum elatius hiſpanicum. BARR. *rar.* 1270. T. 431. *opt.*

54. POLYPODIVM? *baromets.*
Polypodium frondibus bipinnatis: binnis pinnatifidis lanceolatis ſerratis, radicibus lanatis.

****** *Spinis ſparſis: aculeata aut arboreſcentia.*

55. POLYPODIVM *arboreum.*
Polypodium frondibus bipinnatis ſerratis, caudice arboreo inermi.
Filix arboreſcens, pinnulis dentatis. PLVM. *fil.* 1. T. 1. *amer.* 1. T. 1. 2. PET. *fil.* 41. T. 1. F. 1. 2.

56. POLYPODIVM *ſpinoſum.*
Polypodium frondibus bipinnatis ſerratis, caudice arboreo aculeato.
Filix arboreſcens latifolia aculeata. PLVM. *amer.* 3. T. 3. *fil.* 3. T. 3.

57. POLYPODIVM *horridum.*
Polypodium frondibus ſupra decompoſitis, pinnis ſemi-ſagittatis baſi connexis apice ſerratis, caudice aculeato.
Filix ramoſa, pinnis latis gladiatis, caudice ſpinoſo. PET. *fil.* 50. T. 5. F. 1.

58. PO-

POLYPODIVM *pyramidale.*
Polypodium frondibus ſupra decompoſitis: pinnis terminalibus lanceolatis longiſſimis ſerratis, ſtipite inferne aculeato.
Filix ramoſa pyramidalis, pinnis paruis. PET. *fil.* 40. T. 4. F. 2.

POLYPODIVM *aſperum.*
Polypodium frondibus ſupra decompoſitis: pinnis obtuſis apice ſerratis: terminalibus acuminatis caudice arboreo aculeato.
Filix arboreſcens caudice et caule ſpinoſis. PET. *fil.* 47. T. 4. F. 7.

POLYPODIVM *muricatum.*
Polypodium frondibus bipinnatis: pinnis ouatis denticulato-ſpinoſis.
Filix pinnis aculeatis. PET. *fil.* 53. T. 1. F. 6.

POLYPODIVM *villoſum.*
Polypodium frondibus bipinnatis hirſutis: pinnis oblongis obtuſis: terminalibus acuminatis.
Filix dentata caule et coſta villoſis. PET. *fil.* 52. T. 4. F. 10.

POLYPODIVM *decuſſatum.*
Polypodium frondibus bipinnatis: pinnis horizontalibus integerrimis obtuſis: terminalibus lanceolatis.
Filix taxifoliis, maior et minor. PET. *fil.* 61. 62. T. 2. F. 5. 6.

******* *Fronde ſupra decompoſita.*

POLYPODIVM *dryopteris.*
Polypodium frondibus ſupra decompoſitis: foliolis ternis bipinnatis.
Filix ramoſa minor, pinnulis dentatis. BAVH. *pin.* 358. *Act. petr.* 10. T. 22. F. 2.
Filix pumila ſaxatilis. CLVS. II. p. 212.

64. POLYPODIVM *ſpeluncae.*
Polypodium frondibus ſupra decompoſitis piloſis; foliatis lanceolatis pinnatis: pinnis oppoſitis pinnatifidis.
Filix bermudenſis elegans ramoſa, pinnis rarioribus dentatis, cauliculis muſcoſa lanugine obductis. PLVK. *alm.* 155. T. 244. F. 2.

65. POLYPODIVM *luſitanicum.*
Polypodium frondibus ſupra decompoſitis: foliolis alternis: pinnis oblongis longitudinaliter pinnatifidis.
Filix luſitanica, polypodii radice. MAGN. *hort.* 79. T. 79.

7. HEMIONITIS.

Fructificatio in lineis decuſſatis diſci. *Capſ.* numeroſae globoſae.

1. HEMIONITIS *lanceolata.*
Hemionitis frondibus lanceolatis integerrimis Phyllitis anguſtifolia lineis catenatis. PET. *fil.* 122. T. 6. F. 4.

2. HEMIONITIS *palmata.*
Hemionitis frondibus palmatis hirſutis.
Hemionitis aurea hirſuta. PLVM. *amer.* 23. T. 33. *fil.* T. 151.

3. HEMIONITIS *paraſitica.*
Hemionitis frondibus ouatis acuminatis, ſurculis paleaceis repentibus.

8. ASPLENIVM.

Fructific. in lineolis ſparſis diſci. *Inuoluc.* ſquama linearis biualuis longitudinaliter dehiſcens. *Capſ.* globoſae vniloculares.

* *Fron-*

* *Fronde ſimplici.*

ASPLENIVM *rhizophyllum.*

Aſplenium frondibus cordato-enſiformibus indiuiſis: apice filiformi radicante.

Phyllitis filicifolia parua ſaxatilis virginiana per ſummitates foliorum radicoſa. PLVK. *alm.* 154. T. 105. F. 3.

ASPLENIVM *hemionitis.*

Aſplenium frondibus ſimplicibus cordato-haſtatis quinque lobis integerrimis, ſtipitibus laeuibus.

Hemionitis vera. CLVS. II. p. 214.

ASPLENIVM *ſcolopendrium offic.*

Aſplenium frondibus ſimplicibus cordato-lingulatis integerrimis, ſtipitibus hirſutis.

Phyllitis. CAM. *epit.* 579.

β. Phyllitis criſpa. BAVH. *hiſt.* 3. p. 757.

γ. Phyllitis ſ. lingua ceruina maxima, vndulato folio auriculato per baſin. PLVK. *phyt.* 248. F. 1.

δ. Lingua ceruina medio folio neruo in aculeum abeunte. MORIS. III. p. 557. S. 14. T. 1. F. 9.

ε. Lingua ceruina multifido folio. BAVH. *pin.* 353.

ζ. Phyllitis ſ. lingua ceruina criſpa, folio multifido, ramoſa. PLVK. *phyt.* 248. F. 2.

ASPLENIVM *nidus.*

Aſplenium frondibus ſimplicibus lanceolatis integerrimis glabris.

Phyllitis indica maxima, latiſſimis foliis planis muſae facie. MORIS. III. p. 558. S. 14. T. 1. F. 15.

ASPLENIVM *plantagineum.*

Aſplenium frondibus ſimplicibus ouato-lanceolatis ſubcrenatis, ſtipite ſubtetragono.

ASPLENIVM *ſerratum.*

Aſplenium frondibus ſimplicibus lanceolatis ſerratis ſubſeſſilibus.

Lingua ceruina longo, lato ſerratoque folio. PLVM. *amer.* 27. T. 39. *fil.* T. 124.

7. ASPLENIVM *bifolium.*
Aſplenium frondibus binatis: foliolis lanceolatis ſubſinuatis connatis.
Lingua ceruina geminato folio. PLVM. *fil.* 116. T. 133.

** *Fronde pinnatifida.*

8. ASPLENIVM *Ceterach* *offic.*
Aſplenium frondibus pinnatifidis: lobis alternis confluentibus.
Aſplenium ſ Ceterach. MORIS. III. p. 561. S. 14. T. 2. F. 1. PLVM. *fil.* XXXIII. T. B. F. 3.

9. ASPLENIVM *obtuſifolium.*
Aſplenium frondibus ſubpinnatis: pinnis obtuſis ſinuatis decurrentibus alternis.
Adiantum alis latioribus. PET. *fil.* 117. T. 2. F. 4.

*** *Fronde pinnata.*

10. ASPLENIVM *cultrifolium.*
Aſplenium frondibus pinnatis: pinnis falcato-lanceolatis inciſo-ſerratis: baſi deorſum angulatis.
Lonchitis latifolia, pediculis lucidis et glabris. PLVM. *fil.* 45. T. 59.

11. ASPLENIVM *ſalicifolium.*
Aſplenium frondibus pinnatis: pinnis falcato-lanceolatis crenatis, baſi ſurſum angulatis.
Lonchitis ſtriata. PET. *fil.* 110. T. 3. F. 2.

12. ASPLENIVM *nodoſum.*
Aſplenium frondibus pinnatis pinnis oppoſitis lanceolatis integerrimis.
Phyllitis puluerulenta nodoſa maior. PET. *fil.* 143. T. 6. F. 16.

13. A-

SPLENIVM *marginatum.*

Aſplenium frondibus pinnatis: pinnis oppoſitis cordato - lanceolatis ſubmarginatis integerrimis.

Phyllitis ramoſa margine membranaceo. PET. *fil.* 108. T. 12. F. 2.

SPLENIVM *ſquamoſum.*

Aſplenium frondibus pinnatis: pinnis acuminatis inciſis, ſtipite ſquamoſo.

Lonchitis ramoſa, caule ſquamoſo. PET. *fil.* 112. T. 5. F. 2.

SPLENIVM *ſtriatum.*

Aſplenium frondibus pinnatis: pinnis pinnatifidis obtuſis crenatis: terminali acuminata.

Filix ſtriata, pinnis crenatis, maior et minor. PET. *fil.* 113. 114. T. 3. F. 3. 4.

SPLENIVM *eroſum.*

Aſplenium frondibus pinnatis: pinnis trapezio-oblongis ſtriatis eroſis baſi auctis.

Lonchitis maior, pinnis anguſtioribus leuiter denticulatis ſuperiore latere auriculatis. SLOAN. *iam.* 16. *hiſt.* 1. p. 78. T. 33. F. 2.

SPLENIVM *rhizophyllum.*

Aſplenium frondibus pinnatis apice radicantibus: pinnis ouatis repando-ſubauritis: minimis remotis integerrimis.

Lonchitis aſplenii facie, pinnulis variis ſ. ſubrotundis ex vtroque latere auriculatis. SLOAN. *iam.* 16. *hiſt.* 1. p. 76. T. 29. 30. F. 1.

SPLENIVM *pymeum.*

Aſplenium frondibus pinnatis: pinnis ſubrotundis quinis ternisue.

SPLENIVM *trichomanes.*

Aſplenium frondibus pinnatis: pinnis ſubrotundis crenatis.

Trichomanes ſ. polytrichum officinarum. PLVM. *fil.* 26. T. V. F. 1.

β. Trichomanes foliis eleganter inciſis. TOVRNEF. *inſt.* 539. T. 315. F. I. C.

γ. Trichomanes minus et tenerius. BAVH. *pin.* 356.

20. ASPLENIVM *trich. dentatum.*

Aſplenium frondibus pinnatis: pinnis cuneiformibus obtuſis crenato-emarginatis.

Polytrichum ſaxatile dentatum. PLVM. *amer.* 35. T. 50.

21. ASPLENIVM *marinum.*

Aſplenium frondibus pinnatis: pinnis obouatis ferratis: ſuperne gibbis obtuſis baſi cuneatis.

Chamae filix marina anglica. MORIS. III. p. 573. S. 14. T. 3. F. 25.

β. Aſplenium minus aſſurgens ſimplex foliis oblongis margine inaequali crenato. BROWN. *iam.* 93.

22. ASPLENIVM *ruta muraria offic.*

Aſplenium frondibus alternatim decompoſitis: foliolis cuneiformibus crenulatis.

Paronychia. CAM. *epit.* 785.

23. ASPLENIVM *adiantum nigrum.*

Aſplenium frondibus ſubtripinnatis: foliolis alternis: pinnis lanceolatis inciſo-ſerratis.

Dryopteris nigra. DOD. *pempt.* 466.

24. ASPLENIVM *trich. ramoſum.*

Aſplenium frondibus duplicato-pinnatis: pinnis obouatis crenatis: foliolis inferioribus minoribus.

9. BLECHNVM.

Fructific. in lineis duabus coſtae frondis vtrinque adiacentibus parallelis.

1. BLECH-

LECHNVM *occidentale.*
Blechnum frondibus pinnatis pinnis lanceolatis oppositis basi emarginatis.
Lonchitis iuxta neruum puluerulenta. PET. *fil.* 128. T. 3. F. 9. MORIS, III. p. 568. S. 14. T. 2. F. 16.

LECHNVM *orientale.*
Blechnum frondibus pinnatis: pinnis linearibus alternis.

10. LONCHITIS.

uctific. in lineolis sub frondis sinubus.

LONCHITIS *hirsuta.*
Lonchitis frondibus pinnatifidis obtusis integerrimis, surculis ramosis hirsutis.
Filix ramosa, pinnulis quercinis. PLVM. *fil.* 18. T. 20.

LONCHITIS *aurita.*
Lonchitis frondibus pinnatis: pinnis infimis bipartitis, surculis indiuisis aculeatis.
Filix spinosa, feminibus lunulatis. PET. *fil.* 172. T 4. F. 4.

LONCHITIS *repens.*
Lonchitis frondibus pinnatis: pinnis alternis sinuatis, surculis ramosis aculeatis.
Filix ramosa, aculeata, repens. PET. *fil.* 39. T. 4. F. 6.

LONCHITIS *pedata.*
Lonchitis frondibus pedatis: pinnis pinnatifidis serrulatis.
Lonchitis erecta tribrachiata: lateralibus bipartitis: medio recto simplici. BROWN. *iam.* 89. T. 1. F. 1. 2.

II. PTERIS.

Fructific. in lineis marginalibus. *Inuoluc.* peltatum reniforme in ambitu dehiſcens. *Capſ.* oblongae vniloculares, biualues pedicellatae.

* *Frondibus ſimpliciſſimis.*

1. PTERIS *piloſelloides.*
   Pteris frondibus ſterilibus obouatis, fertilibus lanceolatis longioribus, ſurculis reptantibus.
2. PTERIS *lanceolata.*
   Pteris frondibus ſimplicibus lanceolatis ſubangulatis glabris: apice fructificante.
   Phyllitis lineata hinc inde dentata. PET. *fil.* 123. T. 6. F. 5.
3. PTERIS *lineata.*
   Pteris frondibus ſimplicibus linearibus integerrimis longitudinaliter fructificantibus.
   Phyllitis lineata graminis folio longiſſimo. PET. *fil.* 126. T. 14. F. 3.
4. PTERIS *tricuſpidata.*
   Pteris frondibus ſimplicibus linearibus: apice trifido.
   Phyllitis lineata apice trifido. PET. *fil.* 124. T. 10. F. 6.
5. PTERIS *furcata.*
   Pteris frondibus ſimplicibus dichotomis ſubtus hiſpidis: apicibus fructificantibus.
   Phyllitis aſpera, furcis lineatis. PET. *fil.* 125. T. 6. F. 6.

** *Frondibus ſimpliciter pinnatis ſ. compoſitis oblongis.*

6. PTERIS *quadrifoliata.*
   Pteris fronde quaternata ſubrotunda integerrima, ſurculis repentibus.
   Filix. PLVK. *phyt.* 401. F. 5.

5. PTE-

TERIS *grandifolia.*

Pteris frondibus pinnatis: pinnis oppositis ouato-linearibus acuminatis integerrimis.

Phyllitis ramosa ad margines puluerulenta. PET. *fil.* 127. T. 6. F. 15.

TERIS *longifolia.*

Pteris frondibus pinnatis: pinnis linearibus repandis: basi cordatis.

Lonchitis lineata, pinnis longissimis. PET. *fil.* 129. T. 6. F. 12.

TERIS *vittata.*

Pteris frondibus pinnatis: pinnis linearibus rectis: basi rotundatis. OSB. *it.* T. 4.

Filix odorada luzonica. PET. *gaz.* T. 63. F. 10.

TERIS *stipularis.*

Pteris frondibus pinnatis: pinnis linearibus sessilibus, stipulis lanceolatis.

Filix lineata ad basin foliosa. PET. *fil.* 130. T. 12. F. 1.

TERIS *trichomanoides.*

Pteris frondibus pinnatis: pinnis subouatis obtusis repandis: subtus hirsutis.

Trichomanes argenteum ad oras nigrum. PLVM. *fil.* 57. T. 75. PET. *fil.* 137. T. 9. F. 16.

*** *Frondibus sub-bipinnatis s. ramosis.*

PTERIS *pedata.*

Pteris frondibus quinquangulis trifoliatis: pinnis pinnatifidis: lateralibus bipartitis.

Filix marginifera, geranii folio. PET. *fil.* 176. T. 8. F. 12.

β. Adiantum monophyllum antegoanum, ad oras puluerulentum platani in modum diuisum: lacinia media longius producta. MORIS. III. p. 392.

13. PTE-

13. PTERIS *aquilina.*

Pteris frondibus ſupra decompoſitis: foliolis pinnatis: pinnis lanceolatis: infimis pinnatifidis; ſuperioribus minoribus.

Filix femina. CAM. *epit.* 992.

14. PTERIS *caudata.*

Pteris frondibus ſupra decompoſitis: pinnis linearibus: infimis baſi pinnato dentatis; terminalibus longiſſimis.

Filix femina vulgaris facie. PET. *fil.* 135. T. 3. F. 12.

β. Filix femina ſ. ramoſa maior, pinnulis anguſtiſſimis rariſſimisque. SLOAN. *iam.* 24. *hiſt.* 1. p. 101. T. 63.

15. PTERIS *mutilata.*

Pteris frondibus decompoſitis: foliolis pinnatis: infimis ſemipinnatifidis; terminalibus baſeosque longiſſimis.

Lonchitis ramoſa, limbo puluerulento. PLVM. *amer.* 21. T. 30. *fil.* T. 51. PET. *fil.* 131. T. 3. F. 10.

16. PTERIS *atropurpurea.*

Pteris frondibus decompoſitis pinnata: pinnis lanceolatis: terminalibus longioribus.

17. PTERIS *biaurita.*

Pteris frondibus pinnatis: pinnis pinnatifidis: infima bipartita.

Filix pinnulis lonchitidis obtuſis non dentatis ad oras puluerulentis. PLVM. *amer.* 10. T. 14. *fil.* T. 15. PLVK. *phyt.* 401. F. 1.

18. PTERIS *ſemipinnata.*

Pteris frondibus ſubbipinnatis: foliolis lateralibus loboque infimo ſemipinnatifidis. OSB. *it.* T. 3. F. 1.

19. PTERIS *heterophylla.*

Pteris frondibus bipinnatis: pinnis ouato-oblongis ſerratis obtuſis; fertilibus integerrimis.

Ruta

Ruta muraria maior, foliis variis ſcilicet oblongis integris et ſubrotundis ſerratis. SLOAN. *iam.* 21. *hiſt.* 1. p. 92. T. 53. F. 2.

12. ADIANTVM.

uctific. in maculis terminalibus ſub replica-
argine frondis. *Capſ.* globoſae vniloculadiualues longitudinaliter dehiſcentes.

* *Fronde ſimplici.*

DIANTVM *reniforme.*

Adiantum frondibus reniformibus ſimplicibus indiuiſis ſtipitatis multifloris.

Filix hemionitis dicta maderenſis, foliis aſari rotundioribus etc. PLVK. *alm.* 155. T. 287. F. 5.

ADIANTVM *philippenſe.*

Adiantum frondibus reniformibus ſimplicibus alternis petiolatis lobatis multifloris.

Adiantum philippenſe folio rotundo laciniato PET. *gaz.* 8. T. 4. F. 4.

** *Fronde compoſita.*

ADIANTVM *radiatum.*

Adiantum fronde digitata: foliolis pinnatis: pinnis vnifloris.

Adiantum alis radiatis. PET. *fil.* 93. T. 14. F. 3.

ADIANTVM *pedatum.*

Adiantum frondibus pedatis: foliolis pinnatis: pinnis antice gibbis inciſis fructificantibus.

Adiantum fruticoſum americanum, ſummis ramulis reflexis et in orbem expanſis. PLVK. *alm.* 10. T. 124. F. 2. MORIS. III. p. 588. S. 14. T. 5. F. 12.

5. ADI-

5. ADIANTVM *lancea.*
Adiantum frondibus pinnatis: pinnis oppositis oblongis: terminalibus triangulari hastatis.
Adiantum album maximum americanum. SEB. *Thes.* II. p. 65. T. 64. F. 7. 8.

6. ADIANTVM *trilobum.*
Adiantum frondibus compositis: pinnis tripartitis obtusis incisis multifloris.
Adiantum triphyllum repens. PET. *fil.* 100. T. 11. F. 9.

7. ADIANTVM *serrulatum.*
Adiantum frondibus pinnatis: pinnis obtusis obouatis serratis vnifloris.
Trichomanes maius nigrum, pinnis laeuiter dentatis trapezii figura. SLOAN. *iam.* 17. T. 35. F. 2.

*** *Fronde decomposita.*

8. ADIANTVM *flabellulatum.*
Adiantum frondibus decompositis: pinnis alternis rhombeis rotundatis multifloris stipitibus supra pubescentibus.
Adiantum chinense perelegans ramosum, folio flabelliformi cum rubedine perfuso. PLVK. *alm.* 11. T. 4. F. 3.

9. ADIANTVM *trifoliatum.*
Adiantum frondibus decompositis, foliis alternis ternatis linearibus vnifloris.
Adiantum clauatum triphyllum. PET. *fil.* 99. T. 11. F. 4.

10. ADIANTVM *chusanum.*
Adiantum frondibus decompositis: pinnis alternatis pinnatifidis: lobis inaequalibus.

11. ADIANTVM *cristatum.*
Adiantum frondibus bipinnatis: foliolis infimis bipartitis: pinnis lunatis superne multifloris.

Adian-

Adiantum nigrum maximum non ramoſum, pinnis crebris maioribus craſſis. SLOAN. *iam.* 21. *hiſt.* 1. p. 93. T. 55. F. 1.

DIANTVM *capillus veneris offic.*

Adiantum frondibus decompoſitis: foliolis alternis: pinnis cuneiformibus lobatis pedicellatis.

Adiantum. CAM. *epit.* 924.

DIANTVM *villoſum.*

Adiantum frondibus bipinnatis: pinnis rhombeis antice extusque fructificantibus, ſtipite villoſo.

Adiantum. PLVK. *phyt.* 253. F. 1.

DIANTVM *puluerulentum.*

Adiantum frondibus bipinnatis: pinnis oualibus antice truncatis vnifloris, ſtipite hirto.

Adiantum mas caule ſquamoſo et pediculo puluerulento. PET. *fil.* 84. T. 5. F. 7.

**** *Fronde ſupra decompoſita.*

DIANTVM *clauatum.*

Adiantum frondibus ſupra decompoſitis: foliolis alternis: pinnis cuneiformibus integerrimis alternis vnifloris.

Adiantum clauis ſimplicibus. PET. *fil.* 95. T. 14. F. 7.

ADIANTVM *aculeatum.*

Adiantum frondibus ſupra decompoſitis: pinnis palmatis multifloris, ſtipite aculeato.

Adiantum repens ſpinoſum. PET. *fil.* 78. T. 11. F. 6.

ADIANTVM *trapeziforme.*

Adiantum frondibus ſupra decompoſitis: foliolis alternis: pinnis rhombeis inciſis vtrinque fructificationibus.

Adiantum ramoſius, pediculis lucidis et nigris. PLVM. *fil.* 78. T. 95.

18. ADI-

18. ADIANTVM *hexagonum.*
Adiantum frondibus ſupra decompoſitis: pinnis ſexangularibus emarginatis integerrimis vtrinque vnifloris.
Adiantum pinnis hexagonis furcatis. PET. *fil.* 94. T. 10. F. 2.

19. ADIANTVM *aethiopicum.*
Adiantum frondibus ſupra decompoſitis: pinnis integris rotundatis crenatis, petiolatis capillaribus.
Adiantum fruticoſum aethiopicum, pinnulis amplis ſubrotundis ſuperne dentatis, media pinnarum parte petiolis inſidentibus. PLVK. *alm.* 10. T. 253. F. 2.

13. TRICHOMANES.

Fructific. ſolitaria ſtylo ſetaceo terminata margini frondis inſerta. *Capſ.* globoſae vniloculares, biualues ſubſeſſiles.

* *Fronde ſimplici.*

1. TRICHOMANES *membranoſum.*
Trichomanes frondibus ſimplicibus oblongis laceris.
Filix hemionitis lichenoides americana auricularis caeſalpini aemula radice repente. PLVK. *phyt.* 285. F. 3.

2. TRICHOMANES *criſpum.*
Trichomanes frondibus pinnatifidis lanceolatis: pinnis parallelis ſubſerratis.
Darea filicis maris facie. PET. *fil.* 103. T. 11. F. 8.

3. TRICHOMANES *polypodioides.*
Trichomanes frondibus lanceolatis pinnatifidis repandis, floribus ſolitariis terminalibus.

** *Fron-*

** *Fronde composita.*

RICHOMANES *hirsutum.*
Trichomanes frondibus pinnatis: pinnis alternis pinnatifidis pilosis.
Dareae affinis digitata. PET. *fil.* 105. T. 15. F. 5.

RICHOMANES *pyxidiferum.*
Trichomanes frondibus sub-bipinnatis: pinnis alternis confertis lobatis linearibus.
Filix humilis repens. RAI. *angl.* 3. p. 127. T. 3. F. 3. 4.

RICHOMANES *tunbringense.*
Trichomanes frondibus pinnatis: pinnis oblongis dichotomis decurrentibus dentatis.
Muscus montanus italicus, adianti foliis. BOCC. *mus.* 2. p. 24. T. 2. F. 1.

RICHOMANES *adiantoides.*
Trichomanes frondibus pinnatis: pinnis ensiformibus acuminatis inciso-serratis: serraturis bifidis.
Adiantum africanum rutae murariae aemulum, segmentis longioribus acutis. PLUK. *alm.* 10. T. 123. F. 6.

*** *Fronde supra decomposita.*

RICHOMANES *scandens.*
Trichomanes frondibus supra decompositis: foliolis alternis: pinnis alternis oblongis serratis.
Adiantum scandens ramosissimum, laciniis retusis dissectum. PLUM. *fil.* 76. T. 93.

TRICHOMANES *chinense.*
Trichomanes frondibus supra decompositis, foliolis pinnisque alternis lanceolatis: pinnis laciniis cuneiformibus. OSB. *iter.* 222. T. 6.

10. TRICHOMANES *canariense.*
Trichomanes frondibus ſupra decompoſitis tripartitis: foliolis alternis: pinnis alternis pinnatifidis.
Filix ramoſa canarienſis, rutae murariae pinnulis anguſtis altius inciſis mediae coſtae alternatim alligatis. PLVK. *alm.* 156. T. 291. F. 2.

11. TRICHOMANES *capillaceum.*
Trichomanes frondibus ſupra decompoſitis: pinnis filiformibus linearibus vnifloris.
Adiantum capillaceum. PLVM. *fil.* 83. T. 99. PET. *fil.* 96. T. 10. F. 7.

III. FRVCTIFICATIO RADICALIS.

14. MARSILEA.

Fructus quadricapſularis. Flos *maſculus* ſupra frondem.

1. MARSILEA *natans.*
Marſilea foliis oppoſitis ſimplicibus.
Saluia vulgaris aquis innatans, foliis ſubrotundis punctatis laete virentibus. MICH. *gen.* 107. T. 58.

2. MARSILEA *quadrifolia.*
Marſilea foliis quaternis.
Lens paluſtris quadrifolia. MORIS. III. p. 619. S. 15. T. 4. F. 5. CAM. *epit.* 853.

15. PILVLARIA.

Fructus quadrilocularis globoſus. Flos *maſculus* ad latus frondis.

1. PILVLARIA *globulifera.*
Pilularia paluſtris iuncifolia. VAILL. *pariſ.* T. 15. F. 6. DILL. *muſc.* 538. T. 79. F. 1.

Gra-

Graminifolia paluſtris repens, vaſculis granorum piperis aemulis. MORIS. III. p. 608. S. 15. T. 7. F. 49.

16. ISOETES.

ıctus bilocularis intra baſin frondis. *Ma-* nthera intra baſin frondis.

OETES *lacuſtris.*
Iſoetes calamaria folio longiore et graciliore. DILL. *muſc.* 541. T. 80. F. 2.

MVSCI.

Fructificatio in herbacee perennibus plantis caulem a foliis diſtinctum habentibus vel in capitulis vel in capſulis. Mares et feminae in eadem aut diſtincta planta. Ordinantur I. in Acalyptratos. II. In Calyptratos diclinos. III. Calyptratos monoclinos.

I. ACALYPTRATI.

17. LYCOPODIVM.

Anthera biualuis ſeſſilis. *Calyptra* nulla. *Maſc. Cal.* nullus. *Fem. Cal.* tetraphyllus. *Piſt.* nullum.

1. LYCOPODIVM *linifolium.*
   Lycopodium foliis alternis remotis lanceolatis, floribus axillaribus.
   Selago linariae foliis. DILL. *muſc.* 440. T. 57. F. 5.
2. LYCOPODIVM *nudum.*
   Lycopodium foliis oppoſitis, ſpicis terminalibus: floribus diſtantibus.
   Lycopodioides fruteſcens, ſpicis laxis nudis. DILL. *muſc.* 468. T. 64. F. 4.
3. LYCOPODIVM *phlegmaria.*
   Lycopodium foliis verticillato quaternis, ſpicis terminalibus dichotomis.
   Lycopodium erectum dichotomum, foliis cruciatis, ſpicis gracilioribus. DILL. *muſc.* 450. T. 61. F. 5.

4. LY-

YCOPODIVM *clauatum offic.*

Lycopodium foliis ſparſis filamentoſis, ſpicis teretibus pedunculatis geminis.

Lycopodium vulgare piloſum anfragoſum et repens. DILL. *muſc.* 441. T. 58. F. 1.

YCOPODIVM *rupeſtre.*

Lycopodium foliis ſparſis filamentoſis, ſpicis terminalibus tetragonis.

Lycopodium rupeſtre piloſum et incanum, ſpicis acute quadrangulis. DILL. *muſc.* 457. T. 63. F. 11.

YCOPODIVM *ſelaginoides.*

Lycopodium foliis ſparſis ciliatis lanceolatis, ſpicis ſolitariis terminalibus foliofis.

Selaginoides foliis ſpinoſis. DILL. *muſc.* 460. T. 68. F. 1.

YCOPODIVM *alopecuroides.*

Lycopodium foliis ſparſis ciliatis linearibus, ſpicis terminalibus foliofis. DILL. *muſc.* 464. T. 62. F. 8.

YCOPODIVM *inundatum.*

Lycopodium foliis ſparſis integerrimis, ſpicis terminalibus foliofis.

Lycopodium paluſtre repens. VAILL. *pariſ.* 123. T. 16. F. 11. DILL. *muſc.* 452. T. 62. F. 7.

YCOPODIVM *ſelago.*

Lycopodium foliis ſparſis octifariis, caule dichotomo erecto faſtigiato, floribus ſparſis.

Selago vulgaris abietis rubrae facie. DILL. *muſc.* 435. T. 56. F. 1.

YCOPODIVM *obſcurum.*

Lycopodium foliis ſparſis decurrentibus, ſarmentis repentibus, ſurculis erectis dichotomis.

Lycopodioides radiatum dichotomum. DILL. *muſc.* 274. T. 67.

11. LYCOPODIVM *annotinum.*

Lycopodium foliis ſparſis quinquefariis ſubſerratis, ſurculis annotino-articulatis, ſpicis terminalibus glabris erectis.

Lycopodium elatius iuniperinum, clauis ſingularibus ſine pediculis. DILL. *muſc.* 455. T. 63. F. 9.

12. LYCOPODIVM *cernuum.*

Lycopodium foliis ſparſis curuatis, caule ramoſiſſimo, ſpicis nutantibus.

Lycopodium fruteſcens capillaceum criſpum, ſpicis breuibus nutantibus. DILL. *muſc.* 456. T. 63. F. 10.

13. LYCOPODIVM *bryopteris.*

Lycopodium foliis ſparſis imbricatis, ramulis conuolutis.

Lycopodioides ſquamoſum hiſpidum: extremitatibus conuolutis. DILL. *muſc.* 472. T. 66. F. 11.

14. LYCOPODIVM *ſanguinolentum.*

Lycopodium foliis quadrifariis imbricatis, caulibus repentibus dichotomis, ſpicis ſeſſilibus tetragonis. *amoen. acad.* 2. p. 363. F. 26.

15. LYCOPODIVM *alpinum.*

Lycopodium foliis quadrifariam imbricatis acutis, ſurculis erectis dichotomis, ſpicis ſeſſilibus teretibus.

Lycopodium ſabinae facie. DILL. *muſc.* T. 58. F. 2.

16. LYCOPODIVM *complanatum.*

Lycopodium foliis bifariis connatis: ſuperficialibus ſolitariis, ſpicis geminis pedunculatis.

Lycopodium digitatum foliis arboris vitae, ſpicis bigemellis teretibus. DILL. *muſc.* 448. T. 59. F. 3.

17. LYCOPODIVM *carolinianum.*

Lycopodium foliis bifariis patulis: ſuperficialibus ſolitariis, ſcapis longiſſimis monoſtachyis.

Lyco-

Lycopodium pinnatum repens, ſpicis et pediculis ſingularibus longis. DILL. *muſc.* 452. T. 62. F. 6.

YCOPODIVM *heluetícum.*

Lycopodium foliis bifariis patulis: ſuperficialibus diſtichis, ſpicis geminis pedunculatis.

Lycopodioides denticulatum pulchrum repens, ſpicis pediculis inſidentibus. DILL. *muſc.* 465. T. 64. F. 2.

YCOPODIVM *apodum.*

Lycopodium foliis bifariis: alternis minoribus, caule repente, ſpicis ſeſſilibus.

Lycopodioides denticulatum pulchrum repens, ſpicis apodibus. DILL. *muſc.* 467. T. 64. F. 3.

YCOPODIVM *flabellatum.*

Lycopodium foliis bifariis: ſuperficialibus diſtichis, caule erecto tereti.

Lycopodioides dentatum erectum filicinum, caule tereti ramoſiſſimo. DILL. *muſc.* 468. T. 65. F. 5.

LYCOPODIVM *canaliculatum.*

Lycopodium foliis bifariis: ſuperficialibus diſtichis, caule erecto canaliculato.

Lycopodioides erectum filicinum, pinnulis acaciae, caule ſulcato. DILL. *muſc.* 469. T. 65. F. 6.

LYCOPODIVM *plumoſum.*

Lycopodium foliis bifariis patentibus: ſuperficialibus ſemiouatis ciliatis, ſurculis erectiuſculis, ſpicis terminalibus tetragonis, ſeſſilibus.

Lycopodioides dentatum dichotomum, rigidum minus. DILL. *muſc.* 471. T. 66. F. 10.

LYCOPODIVM *ornithopodioides.*

Lycopodium foliis bifariis patentibus: ſuperficialibus diſtichis, ſurculis repentibus ſpicis ſeſſilibus.

Lycopodioides repens, pinnulis ornithopodii. DILL. *muſc.* 464. T. 66. F. 1. B.

24. LYCOPODIVM *denticulatum.*
Lycopodium foliis bifariis: ſuperficialibus imbricatis, ſurculis repentibus, floribus ſparſis.
Lycopodioides imbricatum repens. DILL. *muſc.* 462. T. 66. F. 1. A.

18. PORELLA.

Anthera pertuſa poris, non operculata. *Calyptra* nulla.

1. PORELLA *pinnata.*
Porella pinnis obtuſis. DILL. *muſc.* 459. T. 68. F. 1.

19. SPHAGNVM.

Anthera operculata: ore laeui integro. *Calyptra* nulla, *v.* ſaltem obſoleta.

1. SPHAGNVM *paluſtre.*
Sphagnum ramis deflexis. DILL. *muſc.* 240. T. 32. F. 1.
Muſcus paluſtris in ericetis naſcens. PLVK. *phyt.* 101. F. 1. VAILL. *paris.* 139. T. 23. F. 3.

2. SPHAGNVM *alpinum.*
Sphagnum ſubramoſum erectum.
Sphagnum ſubulatum viridiſſimum, capſulis ouatis. DILL. *muſc* 245. T. 32. F. 3.

3. SPHAGNVM *arboreum.*
Sphagnum ramoſum repens, antheris lateralibus ſecundis.
Sphagnum heteromallum polycephalon. DILL. *muſc.* 248. T. 38. F. 6.

II. CA-

CALYPTRATI DICLINI.

20. PHASCVM.

thera operculata: ore ciliata. *Calyptra* ga obliqua fugax.

HASCVM *acaulon.*

Phaſcum acaule, anthera ſeſſili, foliis ouatis acutis conniuentibus.

Sphagnum acaulon bulbiforme maius. DILL. *muſc.* 251. T. 32. F. 11.

β. Sphagnum acaulon bulbiforme minus. DILL. *muſc.* 252. T. 32. F. 12.

HASCVM *ſubulatum.*

Phaſcum acaule anthera ſeſſili, foliis ſubulato-ſetaceis patulis.

Sphagnum acaulon trichodes. DILL. *muſc.* 251. T. 32. F. 10.

Muſcus trichodes minor acaulos etc. VAILL. *paris.* 128. T. 29. F. 4.

HASCVM *cauleſcens.*

Phaſcum cauleſcens erectum.

Sphagnum foliis tenuibus gramineis pellucidis. DILL. *muſc.* 550. T. 85. F. 15.

HASCVM *repens.*

Phaſcum cauleſcens repens.

Sphagnum vermiculare repens, capſulis intra foliorum ſquamoſorum alas minimis. DILL. *muſc.* 550. T. 85. F. 16.

21. SPLACHNVM.

Anthera cylindracea ore denticulato reflexo ulo deſtituta cum apophyſi maxima colo- a membranacea. *Calyptra* conica laeuis; *ſtella*

feminea in diſtincto indiuiduo. *Piſtilla* plurima centralia breuia colorata.

1. SPLACHNVM *rubrum.*
Splachnum vmbraculo orbiculari hemiſphaerico. *amoen. acad.* 2. p. 272. T. 3. F. 2.

2. SPLACHNVM *luteum.*
Splachnum vmbraculo orbiculari plano. *Amoen. acad.* II. p. 277. T. 3. F. 1.

3. SPLACHNVM *ampulaceum.*
Splachnum vmbraculo ampullaceo obconico. Muſcus capillaceus minor, capitulis geminatis. VAILL. *paris.* 130. T. 26. F. 4.

4. SPLACHNVM *vaſculoſum.*
Splachnum Vmbraculo ampullaceo ſubgloboſo. Muſcus capillaceus, capitulis pyriformibus tubuloſis. BVXB. *cent.* 2. p. 1. T. 1. F. 1.

22. POLYTRICHVM.

Anthera operculata cum apophyſi minima marginata. *Calyptra* villoſa conica aequalis. *Stella* feminea in diſtincto indiuiduo. Piſtilla pauca filiformia articulata.

1. POLYTRICHVM *commune.*
Polytrichum caule ſimplici, anthera parallelepipeda.
Polytrichum quadrangulare vulgare, yuccae foliis ſerratis. DILL. *muſc.* 420. T. 54. F. 1.
β. Polytrichum quadrangulare, iuniperi foliis breuioribus et rigidioribus. DILL. *muſc.* 424. T. 54. F. 2.
γ. Polytrichum quadrangulare minus, iuniperi foliis piloſis. DILL. *muſc.* 426. T. 54. F. 3.

2. PO-

LYTRICHVM *alpinum.*
Polytrichum caule ſamoſiſſimo, pedunculis terminalibus. DILL. *muſc.* 427. T. 55. F. 4.

LYTRICHVM *vrnigerum.*
Polytrichum caule ramoſiſſimo pedunculis axillaribus.
Muſcus ramoſus erectus, calyptra villoſa. VAILL. *paris.* 131. T. 28. F. 13.

23. MNIVM.

thera ouato ore ciliari annulato ſine apo-
i, operculata. *Calyptra* obliqua, acumi-
, laeuis; *femina* capitulum nudum, pulue-
ntum remotum. Piſtilla plurima centra-
reuia congeſta.

INIVM *pellucidum.*
Mnium caule ſimplici, foliis ouatis.
Mnium ſerpilli foliis tenuibus pellucidis. DILL. *muſc.* 232. T. 31. F. 3.

MNIVM *fontanum.*
Mnium caule ſimplici geniculis inflexo.
Bryum paluſtre, ſcapis teretibus ſtellatis, capſulis magnis ſubrotundis. DILL. *muſc.* 340. T. 44. F. 2.

MNIVM *paluſtre.*
Mnium caule dichotomo foliis ſubulatis.
Mnium maius ramis longioribus bifurcatis. DILL. *muſc.* 233. T. 31 F. 3.

MNIVM *androgynum.*
Mnium caule ramoſo, androgynum. DILL. *muſc.* 230. T. 31. F. 1.
Muſcoides: muſcus capillaris minimus, capitulo minimo puluerulento. VAILL. *paris.* T. 29. F. 6.

5. MNIVM

5. MNIVM *hygrometricum.*

Mnium acaule, anthera nutante, calyptra reflexa tetragona.

Muſcus foliis ſcutellatis, capitulo pyriformi nutante. VAILL. *paris.* 135. T. 26. F. 16.

6. MNIVM *purpureum.*

Mnium caule dichotomo: axillis pedunculiferis, anthera erecta, foliis carinatis.

Bryum tenue ſtellatum ſetis purpureis. DILL. *muſc.* 386. T. 49. F. 51.

Muſcus trichodes paruus, foliis muſci vulgaris, capitulis longis acutis. MORIS. III. p. 628. S. 15. T. 6. F. 4. 16.

7. MNIVM *ſetaceum.*

Mnium antheris erectis, operculis filiformibus longitudine antherarum.

Bryum ſtellare nitidum pallidum, capſulis tenuiſſimis. DILL. *muſc.* 281. T. 48. F. 44.

8. MNIVM *cirratum.*

Mnium foliis arefactione reuolutis.

Muſcus muralis minimus roſeus ſtellaris. VAILL. *paris.* 130. T. 24. F. 8.

9. MNIVM *annotinum.*

Mnium foliis ouatis acuminatis pellucidis, pedunculis ſubradicalibus, anthera nutante.

Bryum annotinum lanceolatum pellucidum, capſulis oblongis pendulis. DILL. *muſc.* 402. T. 51. F. 71.

10. MNIVM *hornum.*

Mnium Antheris pendulis, pedunculo curuato, ſurculo ſimplici, foliolis margine ſcabris.

Muſcus capillaceus maior ſtellatus. VAILL. *paris.* T. 24. F. 4. 5.

11. MNIVM *crudum.*

Mnium antheris pendulis, calyptra recuruata, foliis pellucidis.

Bryum

Bryum pendulum hornum molle, foliis et lanceolatis et gramineis. DILL. *musc.* 401. T. 51. F. 70.

NIVM *pyriforme.*

Mnium antheris pendulis turbinatis, ſtipite filiformi, floribus femineis ſetiferis.

Bryum trichodes aureum, capitulis pyriformibus nutantibus. DILL. *musc.* 391. T. 50. F. 60.

TIVM *polytrichoides.*

Mnium calyptra villoſa.

Muſcus capillaceus minor, calyptra tomentoſa. VAILL. *paris.* 131. T. 26. F. 15.

β. Polytrichum parvum, aloes folio ſerrato, capſulis oblongis. DILL. *musc.* 429. T. 55. F. 7.

γ. Polytrichum acaulon capillaceum, capſulis cylindricis. DILL. *musc.* 434. T. 55. F. 12.

NIVM *ſerpillifolium.*

Mnium pedunculis aggregatis, foliis patentibus pellucidis.

α. Mnium punctatum pedunculis aggregatis, foliis obouatis integerrimis obtuſis punctatis.

Bryum pendulum, ſerpilli folio rotundiore pellucido, capſulis ouatis. DILL. *musc.* 416. T. 53. F. 81.

β. Mnium cuſpidatum pedunculis aggregatis, foliis alternis acutis ſerratis.

Muſcus paluſtris, foliis ſubrotundis. VAILL. *pariſ.* 26. F. 18.

γ. Mnium proliferum pedunculis aggregatis, foliis roſaceo-congeſtis lanceolatis acutis.

Bryum ſtellare roſeum maius, capſulis ouatis pendulis. DILL. *musc.* 411. T. 52. F. 77.

δ. Mnium vndulatum pedunculis aggregatis, foliis oblongis vndulatis.

Muſcus roſeus polycephalus, linariae foliis vndulatis. VAILL. *pariſ.* 135. T. 24. F. 3. MICH. *gen.* 108. T. 59. F. 5.

15. MNIVM

15. MNIVM *triquetrum.*
Mnium foliis trifariis patulis ſubulato-lanceolatis carinatis.
Bryum annotinum paluſtre, capſulis ventricoſis pendulis. DILL. *muſc.* 404. T. 51. F. 72?

16. MNIVM *trichomanes.*
Mnium foliis diſtichis integerrimis.
Mnium trichomanis facie, foliolis integris. DILL. *muſc.* 236. T. 31. F. 5.

17. MNIVM *fiſſum.*
Mnium foliis diſtichis bifidis.
Mnium trichomanis facie, foliolis bifidis. DILL. *muſc.* 237. T. 31. F. 6.

18. MNIVM *iungermannia.*
Mnium foliis diſtichis, pinnis ſubtus auriculatis.
Lichenaſtrum alpinum purpureum, foliis auritis et cochleariformibus. DILL. *muſc.* 479. T. 69. F. 1.

III. CALYPTRATI MONOCLINI.

24. BRYVM.

Anthera operculata. *Calyptra* laeuis. *Filamentum* e tuberculo terminali ortum.

* *Antheris ſeſſilibus.*

1. BRYVM *apocarpum.*
Bryum antheris ſeſſilibus terminalibus, calyptra minima.
Sphagnum ſubhirſutum obſcure virens, capſulis rubellis. DILL. *muſc.* 245. T. 32. F. 4.
β. Sphagnum nodoſum hirſutum incanum. DILL. *muſc.* 246 T. 32. F. 5.

2. BRYVM *ſtriatum.*
Bryum antheris ſubſeſſilibus ſparſis, calyptris ſtriatis ſurſumue piloſis.

Poly-

'olytrichum bryi ruralis facie, capſulis ſeſſilibus, maius. DILL. *muſc.* 430. T. 55. F. 8.

β. Polytrichum bryi ruralis facie, capſulis ſeſſilibus minus. DILL. *muſc.* 431. T. 55. F. 9.

γ. Polytrichum capſulis ſeſſilibus, foliis breuibus rectis carinatis. DILL. *muſc.* 432. T. 55. F. 10.

δ. Polytrichum capillaceum criſpum, calyptris acutis piloſiſſimis. DILL. *muſc.* 433. T. 55. F. 11.

** *Antheris pedunculatis erectis.*

YVM *pomiforme.*

Bryum antheris erectis ſphaericis.

Bryum capillaceum, capſulis ſphaericis. DILL. *muſc.* 339. T. 44. F. 1.

YVM *pyriforme.*

Bryum antheris erectis obouatis, calyptra ſubulata, ſurculis acaulibus, foliis ouatis muticis. DILL. *muſc.* 345. T. 44. F. 6.

Muſcus capillaceus minimus, capitulis pyriformibus turgidis. VAILL. *pariſ.* 129. T. 29. F. 3.

YVM *extinctorium.*

Bryum anthera erecta oblonga minori, calyptris laxis aequalibus. DILL. *muſc.* 349. T. 45. F. 8.

Muſcus capillaceus minimus, calyptra longa conoide nitida. T. VAILL. *pariſ.* 137. T. 26. F. 1.

β. Bryum calyptra extinctorii figura, maius et ramoſum. DILL. *muſc.* 350. T. 45. F. 9.

RYVM *ſubulatum.*

Bryum antheris erectis ſubulatis, ſurculis acaulibus.

Bryum capſulis longis ſubulatis. DILL. *muſc.* 350. T. 45. F. 10.

RYVM *rurale.*

Bryum antheris erectiuſculis, foliis piliferis recuruis. DILL. *muſc.* 352. T. 45. F. 12.

Muſcus

Muſcus capillaris tectorum, denſis caeſpitibus naſcens, capitulis oblongis, foliis in pilum oblongum deſinentibus. VAILL. *pariſ.* 133. T. 25. F. 3.

8. BRYVM *murale.*

Bryum antheris erectis, foliis piliferis rectiuſculis, ſurculis ſimplicibus caeſpitoſis.

Bryum tegulare humile piloſum et incanum. DILL. *muſc.* 355. T. 45. F. 14.

9. BRYVM *ſcoparium.*

Bryum antheris erectiuſculis, pedunculis aggregatis, foliis ſecundis recuruatis, caule declinato. DILL. *muſc.* 357. T. 46. F. 16.

Muſcus capillaceus maior, pediculo et capitulo tenuioribus. VAILL. *pariſ.* 132. T. 28. F. 12.

10. BRYVM *vndulatum.*

Bryum antheris erectiuſculis, pedunculis ſubſolitariis, foliis carinatis lanceolatis vndulatis patentibus ſerratis. DILL. *muſc.* 360. T. 46. F. 18.

Muſcus erectus linariae folio, maior. VAILL. *pariſ.* 132. T. 26. F. 17.

11. BRYVM *glaucum.*

Bryum antheris erectiuſculis: operculo arcuato, foliis erectis, imbricatis, ſurculis ramoſis. DILL. *muſc.* T. 46. F. 20.

Muſcus erectus capillaceus denſiſſimus, glauco folio. VAILL. *pariſ.* 131. T. 26. F. 13.

12. BRYVM *albidum.*

Bryum antheris erectis, foliis lingulatis obtuſis patulis.

Bryum nanum, lariginis foliis albis. DILL. *muſc.* 364. T 46. F. 21.

13. BRYVM *pellucidum.*

Bryum antheris erectiuſculis, foliis recuruis acutis, caule hirſuto. DILL. *muſc.* 364. T. 46. F. 23.

β. Bry-

Bryum erectis capitulis breuibus, foliis reflexis. DILL. *musc.* 365. T. 46. F. 24.

YVM *aciculare.*

·yum antheris erectis: operculo aciformi, foliis erectis subfecundis.

·yum montanum hemihetero-phyllum, operculis acutis. DILL. *musc.* 366. T. 46. F. 25.

YVM *flexuosum.*

·yum antheris erectis, foliis setaceis, pedunculis flexuosis.

·yum pilosum molle, setis intortis. DILL. *musc.* 373. T. 47. F. 33.

YVM *heteromallum.*

ryum antheris erectis, foliis setaceis secundis. DILL. *musc.* 375. T. 47. F. 37.

Iuscus capillaceus, foliis vnam partem spectantibus. VAILL. *paris.* 132. T. 27. F. 7.

YVM *tortuosum.*

Bryum antheris erectis, foliis setaceis inermibus siccitate retorquentibus.

Bryum alpinum, crinium crisporum simile, capsula barbata. HALL. *helu.* 110. T. 4. F. 2.

YVM *truncatulum.*

Bryum antheris erectis subrotundis: operculo mucronato.

Bryum exiguum, creberrimis capsulis rufis. DILL. *musc.* 347. T. 45. F. 7.

RYVM *viridulum.*

Bryum antheris erectis ouatis, foliis lanceolatis acuminatis imbricato patulis. DILL. *musc.* 380. T. 48. F. 43.

Muscus capillaceus omnium minimus, foliolis longioribus et angustioribus. VAILL. *paris.* 130. T 29 F. 5.

RYVM *paludosum.*

Bryum acaulon, foliolis setaceis, antheris obtusissimis patulis.

Bryum trichodes acaulon paluſtre minimum ſeti et capſulis breuiſſimis. DILL. *muſc.* 387. T. 49 F. 53.

21. BRYVM *hypnoides.*

Bryum antheris erectis, caule erectiuſculo, ramis lateralibus breuibus fertilibus. DILL *muſc.* 372. T. 47. F. 32.

Muſcus terreſtris vulgari ſimilis, lanuginoſus MORIS. III. S. 15. T. 5. F. 7.

β. Bryum hypnoides hirſutie vireſcens faſciculare alpinum. DILL. *muſc.* 370. T. 47. F. 28.

γ. Bryum hypnoides ericae facie, capſulis barbatis, alpinum. DILL. *muſc.* 371. T. 47. F. 31.

22. BRYVM *verticillatum.*

Bryum antheris erectis, pedunculis ſiccitate contortis, foliis piliferis, ſurculis faſtigiatis.

Bryum piloſum verticillatum. DILL. *muſc.* 374. T. 47. F. 35.

23. BRYVM *aeſtiuum.*

Bryum antheris erectis ſubrotundis axillaribus, foliis ſubulatis diſtantibus.

Bryum paluſtre aeſtiuum, conferuae facie. DILL. *muſc.* 375. T. 47. F. 36.

24. BRYVM *Celſii.*

Bryum antheris erectiuſculis, pedunculis longiſſimis, foliis ſetaceis, ſurculis acaulibus.

Bryum trichodes acaulon minimum, ſetis et capſulis oblongis. DILL. *muſc.* 388. T. 49. F. 54.

25. BRYVM *trichodes.*

Bryum antheris erectiuſculis; ore ciliato absque annulo, pedunculo longiſſimo. DILL. *muſc.* 389. T. 49. F. 58.

26. BRYVM *ſquarroſum.*

Bryum antheris obliquis, foliis quinquefariis imbricatis recuruis, caule ferrugineo tomentoſo.

Muſcus

Iuſcus paluſtris, foliis reflexis cauliculos quinquangulos formantibus. BVXB. *cent.* 4. p. 36. T. 65. F. 1.

*** *Antheris nutantibus.*

YVM *argenteum.*

Bryum antheris pendulis, ſurculis cylindricis imbricatis laeuibus.

Bryum pendulum iulaceum argenteum et ſericeum. DILL. *muſc.* 392. T. 50. F. 62.

β. Bryum pendulum, ſurculis teretibus viridibus. DILL. *muſc.* 394. T. 50. F. 63.

YVM *puluinatum.*

Bryum antheris ſubrotundis, pedunculis reflexis, foliis piliferis. DILL. *muſc* 395. T. 50. F. 65.

Muſcus capillaceus lanuginoſus, minimus. T. VAILL. *pariſ.* 133. T. 29. F. 2.

RYVM *caeſpititium.*

Bryum antheris pendulis, foliis lanceolatis acuminato-ſetaceis, pedunculis longiſſimis. DILL. *muſc.* 396. T. 50. F. 66.

Muſcus capillaceus minimus, capitulo nutante, pediculo purpureo. VAILL. *pariſ.* 134. T. 29. F. 7.

RYVM *capillare.*

Bryum antheris pendulis, foliis ouatis ſetiferis carinatis, pedunculis longiſſimis. DILL. *muſc.* 398. T. 50. F. 67.

Muſcus capillaceus maior, capitulis craſſioribus cylindraceis nutantibus. VAILL. *pariſ.* 134. T. 24. F. 6.

RYVM *carneum.*

Bryum antheris pendulis ſubgloboſis, foliis acutis alternis. DILL. *muſc.* 400. T 50. F. 69.

Muſcus ſtellaris humilis, capitulis pendulis. BVXB. *cent.* 2. p. 5. T. 2. F. 6.

32. BRYVM *simplex.*
Bryum antheris oblongis nutantibus, foliis subulatis, surculo simplicissimo medio pedunculifero.
Bryum trichoides, capsulis rubris cernuis. DILL. *musc.* 390. T. 50. F. 59.

25. HYPNVM.

Anthera operculata. *Calyptra* obliqua, laeuis. *Filamentum* laterale e perichaetio; hinc huic fructificatio axillaris, dum Mnio et Bryo terminalis.

* *Frondibus pennatis.*

1. HYPNVM *spiniforme.*
Hypnum fronde simplicissima: foliolis patentibus subulatis, pedunculis radicalibus.
Hypnum erectum non ramosum spinarum halecum aemulum. DILL. *musc.* 332. T. 43. F. 68.

2. HYPNVM *taxifolium.*
Hypnum fronde simplicissima pinnata lanceolata, basi pedunculifera.
Hypnum taxiforme minus: basi capsulifera. DILL. *musc.* 263. T. 34. F. 2.

3. HYPNVM *denticulatum.*
Hypnum fronde pinnata simplici: pinnis duplicatis basi pedunculifera. DILL. *musc.* 266. T. 34. F. 5.
Muscus pennatus denticulatus minor. VAILL. *paris.* 137. T. 29. F. 8. MORIS. III. p. 626. S. 15. T. 6. F. 36.

4. HYPNVM *bryoides.*
Hypnum fronde simplicissima pinnata lanceolata apice pedunculifera.
Hypnum taxiforme exiguum versus summitatem capsuliferum. DILL. *musc.* 262. T. 34. F. 1.
Muscus polytrichoides etc. VAILL. *paris.* T. 24. F. 13.

5. HY-

YPNVM *acacioides.*
Hypnum fronde pinnata racemosa, apice pedunculifera. DILL. *musc.* 265. T. 34. F. 4.

YPNVM *adiantoides.*
Hypnum fronde pinnata ramosa erecta medio pedunculifera. DILL. *musc.* T. 34. F. 3.
Muscus taxiformis ramosus. VAILL. *paris.* T. 28. F. 5.

YPNVM *compressum.*
Hypnum fronde pinnata ramosa: foliolis imbricatis acutis complicatis compressis. DILL. *musc.* T. 30. F. 7.
Muscus trichomanoides filicifolius splendens. VAILL. *paris.* T. 23. F. 4.

YPNVM *ornithopodioides.*
Hypnum fronde pinnata ramosa: foliolis patentissimis ouatis carinatis mucronatis. DILL. *musc.* T. 34. F. 9.

** *Surculis vagis.*

YPNVM *lucens.*
Hypnum surculis ramosis, frondibus subpinnatis: foliolis punctatis. DILL. *musc.* 270. T. 34. F. 10.

HYPNVM *vndulatum.*
Hypnum surculis ramosis frondibus subpinnatis: foliolis vndulatis complicatis. DILL. *musc.* T. 36. F. 11.
Hypnum repens crispum, ramulis compressis etc. HALL. *helu.* 105. T. 3. F. 5.

HYPNVM *crispum.*
Hypnum surculis ramosis, frondibus subpinnatis: foliolis vndulatis planis.
Hypnum pennatum vndulatum crispum etc. DILL. *musc.* T. 36. F. 12.

12. HYPNVM *triquetrum.*
Hypnum ramis vagis recuruis, foliolis ouatis recuruatis patulis.
Hypnum vulgare triangulum maximum et pallidum. DILL. *musc.* T. 38. F. 28.

13. HYPNVM *rutabulum.*
Hypnum ramis vagis subrepentibus, foliolis ouatis mucronatis imbricatis. VAILL. *paris.* T. 27. F. 8. et T. 23. F. 2.
Hypnum dentatum vulgatissimum operculis obtusis. DILL. *musc.* T. 38. F. 29.

*** *Surculis pennatis.*

14. HYPNVM *filicinum.*
Hypnum surculis pennatis: ramulis distantibus, foliolis imbricatis incuruis acutis secundis. VAILL. *paris.* T. 29. F. 9.
Hypnum repens filicinum crispum. DILL. *musc.* T. 36. F. 19.

15. HYPNVM *tamariscifolium.*
Hypnum surculis proliferis plano-pinnatis, pedunculis aggregatis. DILL. *musc.* T. 35. F. 14.

16. HYPNVM *delicatulum.*
Hypnum surculis subproliferis plano-pinnatis cuspidatis, pedunculis aggregatis. DILL. *musc.* T. 83. F. 6.

17. HYPNVM *parietinum.*
Hypnum surculis plano-pinnatis continuatis, pedunculis aggregatis.
Hypnum filicinum tamarisci foliis maioribus splendentibus. DILL. *musc.* T. 35. F. 13.

18. HYPNVM *praelongum.*
Hypnum surculis subbipinnatis decumbentibus: ramulis remotis, foliolis ouatis, antheris cernuis. DILL. *musc.* T. 35. F. 15.

19. HY-

PNVM *crista castrensis.*
ypnum furculis pinnatis: ramulis approximatis: apicibus recuruis. DILL. *musc.* T. 36. F. 20.

PNVM *abietinum.*
ypnum furculis pinnatis teretiusculis remotis inaequalibus.
ypnum lutescens, alis subulatis tenacibus. DILL. *musc.* T. 35. F. 17.

PNVM *plumosum.*
ypnum furculis pinnatis repentibus, ramis confertis, foliis imbricatis subulatis, antheris erectis. DILL. *musc.* T. 35. F. 16.

**** *Foliis reflexis.*

YPNVM *cupressiforme.*
Hypnum furculis subpinnatis, foliis secundis recuruis apice subulatis. DILL. *musc.* 287. T. 37. F. 23.

YPNVM *aduncum.*
Hypnum furculis erectiusculis subramosis foliis secundis recuruatis subulatis, ramis recuruatis.
Hypnum palustre erectum summitatibus aduncis. DILL. *musc.* 292. T. 37. F. 26.

YPNVM *scorpioides.*
Hypnum ramis vagis procumbentibus recuruis, foliis secundis acuminatis. DILL. *musc.* 290. T. 37. F. 25.

YPNVM *viticulosum.*
Hypnum furculis repentibus, ramis vagis teretibus, foliis patulis acuminatis. DILL. *musc.* 307. T. 39. F. 43.
Muscus squamosus, viticulis longioribus glabris. VAILL. *paris.* 137. T. 23. F. 1.

HYPNVM *squarrosum.*
Hypnum ramis vagis, foliis ouatis apice subulatis undique reflexis.

Hypnum repens, triangularibus reflexis foliis, maius. DILL. *musc.* 303. T. 39. F. 38.

β. Hypnum. repens, triangularibus reflexis foliis, minus. DILL. *musc.* 304. T. 39 F. 39.

Muſcus erectus, foliis reflexis. VAILL. *pariſ.* 139. T. 27. F. 5.

27. HYPNVM *paluſtre*.

Hypnum ſurculis repentibus, ramis confertis erectis, foliolis ouatis ſecundis, antheris erectiuſculis.

Hypnum heterophyllum aquaticum polycephalum repens. DILL. *muſc.* 293. T. 37. F. 27.

28. HYPNVM *loreum*.

Hypnum ſurculis reptantibus, ramis vagis erectis, foliis ſecundis, antheris ſubrotundis. DILL. *muſc.* 305. T. 39 F. 40.

Muſcus ſquamoſus maior, foliis anguſtioribus acutiſſimis. VAILL. *paris.* 138. T. 25. F. 2.

***** *Surculis dendroidibus ſ. faſciculatis.*

29. HYPNVM *dendroides*.

Hypnum ſurculo erecto, ramis faſciculatis terminalibus ſimpliciuſculis, antheris erectis. DILL. *muſc.* 313. T. 40. F. 48.

Muſcus ſquamoſus ramoſus erectus alopecuroides. TOURNEF. *inſt.* 554. T. 326. F. B. VAILL. *pariſ.* 137. T. 26. F. 6.

30. HYPNVM *alopecurum*.

Hypnum ſurculo erecto, ramis faſciculatis terminalibus ſubdiuiſis, antheris ſubnutantibus.

Hypnum dendroides obſcurius, ſetis et capſulis breuioribus ſubnutantibus. DILL. *muſc.* 315. T. 41. F. 49.

******

****** *Surculis teretiusculis.*

PNVM *curtipendulum.*

ypnum surculis vagis teretibus, foliis ouatis acutis patulis, antheris pendulis.

ypnum dentatum curtipendulum, viticulis rigidis. DILL. *musc.* 333. T. 43. F. 69.

PNVM *purum.*

Iypnum surculis pinnato-sparsis subulatis, foliis ouatis obtusis conniuentibus.

Iypnum cupressiforme vulgare, foliis obtusis. DILL. *musc.* 309. T. 40. F. 4.

Iuscus squamosus cupressiformis. VAILL. *paris.* 138. T. 28. F. 3.

PNVM *illecebrum.*

Iypnum surculis ramisque vagis teretibus erectiusculis obtusis.

Iypnum cupressiforme rotundius vel illecebrae aemulum. DILL. *musc.* 311. T. 40. F. 46.

YPNVM *riparium.*

Hypnum surculis teretibus ramosis, foliolis acutis patulis distantibus.

Hypnum aquaticum, flagellis et teretibus et pennatis. DILL. *musc.* 308. T. 40. F. 44.

YPNVM *cuspidatum.*

Hypnum surculis vagis: apice foliis conuolutis acuminatis.

Hypnum palustre extremitatibus cuspidatis et pungentibus. DILL. *musc.* 300. T. 39. F. 34.

Muscus saxatilis repens, coma sparsa. BVXB. *cent.* 2. p. 6. T. 3. F. 1. 2. 3. 4.

******* *Surculis confertis.*

IYPNVM *sericeum.*

Hypnum surculo repente, ramis confertis erectis foliis subulatis, antheris erectis. DILL. *musc.* 323. T. 42. F. 59.

Muſcus arboreus ſplendens ſericeus. VAILL. *pariſ.* 132. T. 27. F. 3.

37. HYPNVM *velutinum.*

Hypnum ſurculo repente, ramis confertis erectis foliis ſubulatis, antheris ſubnutantibus. DILL. *muſc.* 326. T. 42. F. 61.

Muſcus ſquamoſus ramoſus tenuior, capitulis incuruis. VAILL. *pariſ.* 138. T. 26. F. 9.

38. HYPNVM *ſerpens.*

Hypnum ſurculis repentibus, ramis filiformibus, foliis obliteratis. DILL. *muſc.* 329. T. 42. F. 64.

Muſcus terreſtris omnium minimus, capitulis maiuſculis oblongis erectis. MORIS. III. p. 625. S. 15. T. 5. F. 14. 21. VAILL. *pariſ.* 138. T. 28. F. 2. 6. 7. 8.

39. HYPNVM *ſciuroides.*

Hypnum ſurculis erectis ramoſis incuruatis. DILL. *muſc.* 319. T. 41. F. 54.

Muſcus arboreus ſplendens myoſuroides. VAILL. *pariſ.* T. 27. F. 12.

40. HYPNVM *myoſuroides.*

Hypnum ſurculis ramoſiſſimis; ramis ſubulatis vtrinque attenuatis teretibus. DILL. *muſc.* 317. T. 41. F. 51.

Muſcus ſquamoſus minor myoſuroides, capitulis incuruis. VAILL. *pariſ.* 137. T. 27. F. 6.

41. HYPNVM *clauellatum.*

Hypnum repens, ramulis erectis confertiſſimis, antheris incuruis: operculis inflexis.

Hypnum clauellatum paruum repens, ſetis breuibus. DILL. *muſc.* 551. T. 35. F. 17.

42. HYPNVM *iulaceum.*

Hypnum ramis erectis teretibus imbricatis obtuſis, perichaetiis longitudine fere pedunculorum.

Hypnum iulaceum, perichaetio ſetas aequante. DILL. *muſc.* 321. T. 41. F. 56.

26. FON-

26. FONTINALIS.

a operculata. *Calyptra* conica ſeſſilis
tio imbricato incluſa.

TINALIS *antipyretica.*
itinalis foliis complicato - carinatis trifariis
icutis, antheris lateralibus.
itinalis triangularis maior complicata e folio-
um alis capſulifera. DILL. *muſc.* 254. T. 33. F. 1.

TINALIS *minor.*
itinalis foliis ouato - lanceolatis trifariis acu-
tis, paſſim geminis, antheris terminalibus.
itinalis triangularis minor carinata, e cymis ca-
pſulifera. DILL. *muſc.* 257. T. 33. F. 2.
itinalis capitulis terminalibus. ROY. *lugdb.* 506.

TINALIS *ſquamoſa.*
ntinalis foliis imbricatis ſubulato - lanceolatis,
capitulis lateralibus.
ntinalis ſquamoſa tenuis ſericea atrouirens.
DILL. *muſc.* 259. T. 33. F. 3.
ntinalis minor lucens. BAVH. *hiſt.* 3. p. 778.

TINALIS *pennata.*
ontinalis foliis bifariis patentibus, capſulis la-
teralibus.
hagnum pennatum undulatum, vagina ſqua-
moſa. DILL. *muſc.* 250. T. 32. F. 9.

27. BVXBAVMIA.

era operculata, hinc membranacea. *Ca-*
caduca inter operculum ſacculo pollinis.

XBAVMIA *aphylla.*
lufcus capillaceus aphyllus, capitulo craſſo bi-
ualui. BVXB. *cent.* 2. p. 8. T. 4. F. 2. DILL.
muſc. 477. T. 68. F. 5.

ALGAE.

Eo nomine, licet nunquam definiuerit LINNAEVS, multi designant vegetantem substantiam puluerulentam, lanuginosam, filamentosam, foliaceam, vitae perennis, gelatinosam, breui aqua intumescentem, cum fructificatione non adeo manifesta in tuberculis, vesiculis, peltis. Mares et feminas in eadem aut distincta planta habent. Ordinantur I. in terrestres. II. aquaticas.

I. TERRESTRES.

28. MARCHANTIA.

Masc. Calyx peltatus, multifidus subtus tectus corollis monopetalis. *Antheris* multifidis. *Fem. Calyx* sessilis campanulatus polyspermus.

1. MARCHANTIA *polymorpha.*
   Marchantia calyce communi decemfido. MICH. *gen.* 2 T. 1. F. 1.
   β. Marchantia stellata. MARCH. *act. paris.* 1713. p. 307. T. 5. MICH. *gen.* 2. T. 1. F. 2.
   γ. Marchantia calyce communi octopartito: laciniis e plano conuexis. ROY. *lugdb.* 5. 7.
   Marchantia capitulo non dissecto. MICH. *gen.* 1. T. 1.

2. MARCHANTIA *chenopoda.*
   Marchantia calyce communi dimidiato palmato quadrifido.
   Lichen anapodocarpos. DILL. *musc.* 531. T. 77. F. 8.

3. MAR-

CHANTIA *cruciata.*
chantia calyce communi quadripartito: laciniis tubulosis.
hen feminifer lunulatus, florifer pileatus tandem cruciatus. DILL. *musc.* 521. T. 75. F. 5.

CHANTIA *tenella.*
rchantia calyce communi hemisphaerico apiculato: margine radiato.
hen pileatus paruus carinatus, capitulis fimbriatis. DILL. *musc.* 521. T. 75. F. 4.

CHANTIA *hemisphaerica.*
rchantia calyce communi quinquefido hemisphaerico, perichaetio nullo.
chen pileatus paruus, foliis crenatis. DILL. *musc.* 519. T. 75. F. 2.

RCHANTIA *conica.*
archantia calyce communi quinqueloculari subouato.
chen vulgaris maior pileatus et verrucosus. DILL. *musc.* 516. T. 75. F. 1.

RCHANTIA *androgyna.*
archantia calyce communi integro hemisphaerico.
ichen pileatus angustifolius dichotomus. DILL. *musc.* 520. T. 75. F. 3.

29. IVNGERMANNIA.

c. pedunculatus nudus. *Anthera* quadri-
al. communis quatripartitus supraflo-
Fem. sessilis nudus, seminibus subro-
s.

* *Frondibus pinnatis secundis.*

NGERMANNIA *asplenioides.*
Iungermannia frondibus simpliciter pinnatis: foliolis ouatis subciliatis.

Liche-

Lichenaſtrum aſplenii facie, pinnis laxioribus. DILL. *muſc.* 482. T. 69. F. 5.

β. Iungermannia caule ramoſo repente, foliis imbricatis ouato-crenulatis: alternis minoribus. ROY. *lugdb.* 508.

Hepaticoides polytrichi facie. VAILL. *pariſ.* 99. T. 19. F. 7.

2 IVNGERMANNIA *viticuloſa.*

Iungermannia frondibus ſimpliciter pinnatis: foliolis ſubulatis. MICH. *gen.* 8. T. 5. F. 4.

Lichenaſtrum trichomanis facie, e baſi et medio florens. DILL. *muſc.* 484. T. 69. F. 7.

3. IVNGERMANNIA *polyanthos.*

Iungermannia frondibus ſimpliciter pinnatis: foliolis integerrimis imbricatis conuexis. MICH. *gen.* 8. T. 5. F. 5.

Lichenaſtrum trichomanis facie, polyanthenum breue et repens. DILL. *muſc.* 486. T. 70. F. 9.

4. IVNGERMANNIA *lanceolata.*

Iungermannia frondibus ſimpliciter pinnatis lanceolatis, apice floriferis, foliolis integerrimis.

Iungermannia paluſtris minima repens, foliis ſubrotundis denſiſſimis laete virentibus. MICH. *gen.* 8. T. 5. F. 67.

5. IVNGERMANNIA *bidentata.*

Iungermannia frondibus ſimpliciter pinnatis apice floriferis, foliolis bidentatis. MICH. *gen.* 8. T. 5. F. 12.

Hepaticoides, polytrichi facie, foliis bifidis, maior. VAILL *pariſ.* 99. T. 19. F. 8.

6. IVNGERMANNIA *bicuſpidata.*

Iungermannia frondibus ſimpliciter pinnatis medio floriferis, foliolis bidentatis.

Iungermannia minima repens, foliis bifidis, vagina florum cylindracea. MICH. *gen.* 9. T. 6. F. 17.

Liche-

henaſtrum, pinnulis acutiſſime bifidis, minimum. DILL. *muſc.* 288. T. 70. F. 13.

GERMANNIA *quinquedentata.*
germannia fronde pinnata ramoſa apice florifera, foliolis quinquedentatis.
henaſtrum multifidum maius ab extremitate florens. DILL. *muſc.* 494. T. 71. F. 23.

ndibus pinnatis: pinnulis auriculatis ſuperne tectis.

GERMANNIA *vndulata.*
ngermannia frondibus ſupra bipinnatis, apice floriferis, foliolis ſubrotundis integerrimis.
chenaſtrum pinnulis auriculatis maioribus et non crenatis. DILL. *muſc.* 490. T. 71. F. 17.
epatica ſaxatilis vndulata feminifera. VAILL. *pariſ.* 98. T. 19. F. 6.

GERMANNIA *nemoroſa.*
ngermannia frondibus ſupra bipinnatis, apice floriferis, foliolis ciliatis. MICH. *gen.* 7. T. 5. F. 8.
ichenaſtrum auriculatum, pinnis minoribus crenatis. DILL. *muſc.* 490. T. 71. F. 18.

NGERMANNIA *reſupinata.*
ungermannia frondibus ſupra bipinnatis inferne floriferis, foliolis crenulatis imbricatis rotundis.
Lichenaſtrum imbricatum, pinnulis rotundis, criſpum. DILL. *muſc.* 491. T. 71. F. 19.

NGERMANNIA *albicans.*
lungermannia frondibus ſupra bipinnatis apice floriferis, foliolis linearibus recuruatis.
Lichenaſtrum auriculatum: pinnulis anguſtis planis recuruis. DILL. *muſc.* 492. T. 71. F. 20.

12. IVN-

12. IVNGERMANNIA *trilobata.*
Iungermannia frondibus ſubtus bipinnatis, foliolis quadratis obſolete trilobis.
Iungermannia foliis latiuſculis obtuſis vndulatis et veluti anguloſis. MICH. *gen.* 7. T. 5. F. 10.
Lichenaſtrum pinnulis obtuſe trifidis neruo geniculato. DILL. *muſc.* 493. T. 71. F. 22.

13. IVNGERMANNIA *reptans.*
Iungermannia frondibus ſubtus bipinnatis apice reptantibus, foliolis quadridentatis.
Lichenaſtrum multifidum exiguum ad baſin florens per ſiccitatem imbricatum. DILL. *muſc.* 494. T. 71. F. 24.

*** *Frondibus imbricatis.*

14. IVNGERMANNIA *complanata.*
Iungermannia ſurculis repentibus: foliolis inferne auriculatis duplicato-imbricatis, ramis aequalibus. MICH. *gen.* 7. T. 5. F. 21.
Lichenaſtrum imbricatum maius, ſquamis compreſſis et planis. DILL. *muſc.* 496. T. 72. F. 26.

15. IVNGERMANNIA *dilatata.*
Iungermannia ſurculis repentibus, foliis inferne auriculatis duplicato-imbricatis, ramis apice latioribus.
Lichenaſtrum imbricatum minus, ſquamis conuexo-concauis. DILL. *muſc.* 497. T. 72. F. 27.

16. IVNGERMANNIA *tamariſci.*
Iungermannia foliis imbricatis ſerie duplici: ſuperioribus ſubrotundis conuexis obtuſis quadruplo maioribus.
Lichenaſtrum imbricatum, tamariſci narbonenſis facie. DILL. *muſc.* 499. T. 72. F. 31.

17. IVNGERMANNIA *platyphylla.*
Iungermannia ſurculis procumbentibus ſubtus imbricatis, foliolis cordatis acutis.

Liche-

henaſtrum arboris vitae facie, foliis minus rotundis. DILL. *muſc.* 501. T. 72. F. 32.

GERMANNIA *ciliaris.*

germannia ſurculis repentibus, foliolis duplicato-imbricatis: inferne auriculatis ciliatis.

henaſtrum filicinum pulchrum villoſum. DILL. *muſc.* 503. T. 73. F. 35.

GERMANNIA *varia.*

germannia ſurculis erectiuſculis bifariam imbricatis, foliolis bipartitis.

germannia repens, foliis cordatis carinatis. MICH. *gen.* 8. T. 5. F. 9.

henaſtrum foliis variis. DILL. *muſc.* 505. T. 73. F. 36.

Surculis vndique imbricatis foliolis ſparſis.

NGERMANNIA *iulacea.*

ngermannia ſurculis teretibus, foliolis vndique imbricatis, floribus pedunculatis.

ichenaſtrum alpinum, bryi iulacei argentei facie. DILL. *muſc.* 506. T. 73. F. 38.

NGERMANNIA *rupeſtris.*

ngermannia ſurculis teretibus, foliolis ſubulatis ſecundis.

ichenaſtrum alpinum nigricans, foliis capillaceis reflexis. DILL. *muſc.* 507. T. 73. F. 40.

NGERMANNIA *trichophylla.*

ungermannia ſurculis teretibus, foliolis capillaceis aequalibus.

Lichenaſtrum trichodes minimum in extremitate florens. DILL. *muſc.* 505. T. 73. F. 37.

NGERMANNIA *alpina.*

lungermannia ſurculis teretibus, foliolis ouatis patentibus, calycibus imbricatis.

Lichenaſtrum alpinum atrorubens teres, calycibus ſquamoſis. DILL. *muſc.* 506. T. 73. F. 39.

***** *Acaules frondibus simplicibus.*

24. IVNGERMANNIA *epiphylla.*
Iungermannia acaulis foliolo frondi innato.
Lichenastrum capitulis rotundis e foliorum medio enascentibus. DILL. *musc.* 508. T. 74. F. 41

25. IVNGERMANNIA *pinguis.*
Iungermannia acaulis fronde oblonga sinuata pingui.
Lichenastrum capitulis oblongis iuxta foliorum diuisuras enascentibus. DILL. *musc.* 509. T. 74. F. 42.

26. IVNGERMANNIA *multifida.*
Iungermannia acaulis, fronde bipinnatifida.
Lichenastrum ambrosiae diuisura. DILL. *musc.* 511. T. 74. F. 43.

27. IVNGERMANNIA *furcata.*
Iungermannia acaulis, fronde lineari ramosa extremitatibus furcatis obtusiusculis.
Lichenastrum tenuifolium furcatum, thecis globosis pilosis. DILL. *musc.* 512. T. 74. F. 45.

28. IVNGERMANNIA *pusilla.*
Iungermannia acaulis, fronde subpinnatifida: lobis imbricatis, perichaetio plicato.
Lichenastrum exiguum, capitulis nigris lucidis e cotylis paruis nascentibus. DILL. *musc.* 513. T. 74. F. 46.

30. TARGIONIA.

Calyx biualuis, includens globum. *Anthera* campanulata sessilis in fundo calycis.

1. TARGIONIA *hypophylla.*
Targionia minima vulgaris. MICH. *gen.* 3. T. 3.
Lichen petraeus minimus, fructu orobi. DILL. *musc.* 532. T. 78. F. 9.

31. AN-

31. ANTHOCEROS.

Calyx ſeſſilis, cylindricus, integer. *Anther*giſſima biualuis. *Fem. Calyx* ſexpartitum *nina* tria in fundo calycis.

HOCEROS *punctatus.*
oceros frondibus indiuiſis ſinuatis punctatis.
DILL. *muſc.* 476. T. 68. F. 1. MICH. *gen.* 11. T. 7. F. 2.

HOCEROS *laeuis.*
thera frondibus indiuiſis ſinuatis laeuibus.
thoceros maior. MICH. *gen.* 11. T. 7. F. 1.

HOCEROS *multifidus.*
thoceros frondibus bipinnatifidis linearibus.
thoceros folio tenuiſſimo multifido. DILL. *muſc.* 477. T. 88. F. 4.

32. BLASIA.

Calyx cylindricus truncatus granis re-
Fem. Calyx nullus, fructu ſubrotundo nmerſo polyſpermo.

ASIA *puſilla.*
laſia puſilla, lichenis pyxidati facie. MICH. *gen.* 14. T. 7. OED. *dan.* T. 45.

33. RICCIA.

nudus. *Anthera* truncata, ſeſſilis. *Fem.* . *Capſula* globoſa, vnilocularis, poly-
a.

CCIA *cryſtallina.*
Riccia frondibus ſuperficie papilloſis. MICH. *gen.* 107. T. 57. F. 7. 3.

Hepatica paluſtris, lobis inflatis. VAILL. *pariſ.* 98. T. 19. F. 2.

2. RICCIA *minima.*

Riccia frondibus glabris bipartitis acutis. MICH. *gen.* 107. T. 57. F. 6.

Lichen omnium minimus, foliolis fiſſis ſuper terram expanſis. DILL. *muſc.* 534. T. 78. F. 11.

3. RICCIA *glauca.*

Riccia frondibus glabris canaliculatis bilobis obtuſis. MICH. *gen.* 107. T. 57. F. 4.

Hepatica paluſtris bifurca, locis breuioribus carinatis. VAILL. *pariſ.* 98. T. 19. F. 1.

4. RICCIA *fluitans.*

Riccia frondibus dichotomis lineari-filiformibus.

Hepatica paluſtris dichotoma, ſegmentis anguſtioribus. VAILL. *pariſ.* 98. T. 10. F. 3.

34. LICHEN.

Maſc. Receptaculum ſubrotundum, vel conuexum, vel concauum, vel planiuſculum, nitidum. *Fem. Farina* foliis aſperſa.

a* *Leproſi tuberculati.*

1. LICHEN *ſcriptus.*

Lichen leproſus albicans, lineolis nigris ramoſis characteriformibus.

Lichenoides cruſta tenuiſſima, peregrinis veluti literis inſcripta. DILL. *muſc.* 128. T. 18. F. 1.

2. LICHEN *geographicus.*

Lichen leproſus flaueſcens, lineolis nigris mappam referens.

Lichenoides nigroflauum tabulae geographicae inſtar pictum. DILL. *muſc.* 126. T. 18. F. 5.

3. LI-

HEN *rugosus.*
chen leprosus albicans, lineolis simplicibus punctisque nigris confertis.
chenoides punctatum et rugosum nigrum. DILL. *musc.* 125. T. 18. F. 2.

HEN *sanguinarius.*
Acer foliis quinquelobis acuminatis acute dentatis glabris: floribus corymbosis. PLVK. *alm.* T. 252. F. 1.

ACER *pensylvanicum.*
Acer foliis trilobis acuminatis serrulatis, floribus racemosis. DVHAM. *arbor.* 1. T. 12. et 13. F. 11.

. ACER *campestre.*
Acer foliis lobatis obtusis emarginatis.

. ACER *monspessulanum.*
Acer foliis trilobis integerrimis glabris. DVHAM. *arb.* 1. T. 10. F. 8.

). ACER *creticum.*
Acer foliis trilobis integerrimis pubescentibus. DVHAM. *arbor.* I. T. 10. F. 9.

o. ACER *negundo.*
Acer foliis compositis, floribus racemosis. PLVK. *alm.* T. 123. F. 45.

212. BEGONIA.

Hermaphrod. Calycis loco germen. *Cor.* pentapetala. *Stam.* plura (an ſex?) *Styli* tres. *Capſula* tricocca. *Maſc. Cal.* nullus. *Cor.* tetrapetala. *Stamina* plura.

1. BEGONIA *obliqua* PLVM. *ſpec.* 21. *icon.* 45. F. 1. et *ſpec.* 20. *icon.* 45. F. 2. et 3.

213. MIMOSA.

Hermaphrod. Calyx quinquedentatus. *Corolla* quinquefida. *Stamina* quinque ſ. plura. *Piſtillum* unum *legumen*. *Maſc. Cal.* quinquedentatus. *Corolla* quinquefida. *Stamina* quinque, decem, plura.

* *Foliis ſimplicibus pinnatis.*

1. MIMOSA *inga.*
   Mimoſa inermis, foliis quinqueiugis: petiolo articulato marginato. PLVM. *gen.* 13. *icon.* 25.
2. MIMOSA *fagifolia.*
   Mimoſa inermis foliis biiugis: petiolo marginato.
   Arbor ſiliquoſa etc. PLVK. *alm.* T. 141. F. 2.
3. MIMOSA *nodoſa.*
   Mimoſa inermis foliis biiugis, foliolis inferioribus minoribus: petiolo lineari.
   Phaſeolus arboreus etc. PLVK. *alm.* T. 211. F. 5.

** *Foliis petiolo bipartito non pinnatis.*

4. MIMOSA *bigemina.*
   Mimoſa inermis foliis bigeminis acuminatis.
5. MIMOSA *tergemina.*
   Mimoſa inermis foliis tergeminis.
   Acacia fruteſcens etc. PLVM. *ſpec.* 17. *icon.* 10. F. 1.

6. MI-

MIMOSA *unguis cati.*
Mimosa spinosa foliis bigeminis obtusis.
Acaciae quodammodo accedens. PLVK. *phyt.* 1. F. 6.

*** *Foliis duobus pinnatis, communi petiolo annexis.*

MIMOSA *latifolia.*
Mimosa inermis foliis coniugatis: pinnis terminalibus oppositis, lateralibus alternis.
Acacia non spinosa etc. PLVM. *spec.* 17. *icon.* 9.

MIMOSA *circinalis.*
Mimosa aculeata foliis coniugatis pinnatis, pinnis aequalibus, stipulis spinosis.
Acacia foliis amplioribus etc. PLVM. *spec.* 17. *icon.* 5.

MIMOSA *purpurea.*
Mimosa inermis foliis coniugatis pinnatis: foliolis intimis minoribus. PLVM. *icon.* 10. F. 2.

MIMOSA *cineraria.*
Mimosa aculeata foliis coniugatis pinnatis, pinnis aequalibus, aculeis incurvis. PLVK. *alm.* 4. T. 2. F. 1.

MIMOSA *viva.*
Mimosa inermis, foliis coniugatis pinnatis: partialibus quadriiugis subrotundis, caule inermi herbaceo. SLOAN. *hist.* II. T. 182. F. 7.

MIMOSA *casta.*
Mimosa aculeata foliis coniugatis pinnatis: partialibus triiugis subaequalibus.
Aeschynomene spinosa latifolia. COMM. *hort.* 1. p. 55. T. 82.

MIMOSA *sensitiva.*
Mimosa aculeata foliis coniugatis pinnatis: partialibus biiugis intimis minimis. BREYN. *cent.* 1. T. 16.

14. MIMOSA *pudica.*
Mimosa aculeata foliis subdigitatis pinnatis, caule hispido. PLVM. *spec.* 17. *icon.* 202.

**** *Foliis duplicato pinnatis. Inermes.*

15. MIMOSA *scandens.*
Mimosa foliis coniugatis cirrho terminali, foliolis biiugis.
Faba marina. RVMPH. *amb.* 5. p. 5. T. 4.

16. MIMOSA *entada.*
Mimosa foliis bipinnatis cirrho terminatis, partialibus quinqueiugis. RHEED. *mal.* 9. p. 151. T. 67.

17. MIMOSA *plena.*
Mimosa foliis bipinnatis spicis pentandris inferioribus plenis. MILL. *dict.* T. 182. F. 2.

18. MIMOSA *punctata.*
Mimosa foliis bipinnatis, spicis decandris, inferioribus castratis corollatis: caule erecto tereti.
Aeschynomene mitis. I. COMM. *hort.* 1. p. 61. T. 31.

19. MIMOSA *virgata.*
Mimosa foliis bipinnatis, spicis decandris, inferioribus castratis masculis: caule erecto angulato.

20. MIMOSA *pernambucana.*
Mimosa decumbens, foliis bipinnatis spicis cernuis pentandris, inferioribus castratis: caule decumbente.
Mimosa americana pigra etc. PLVK. *alm.* p. 307. F. 3.

21. MIMOSA *arborea.*
Mimosa foliis bipinnatis pinnis dimidiatis acutis: caule arboreo.
Acacia non spinosa iamaicensis etc. PLVK. *alm.* 6. T. 251. F. 2.

22. MI-

MIMOSA *lebbeck.*

Mimosa foliis bipinnatis quadriiugis, pinnis ovali-oblongis: floribus monadelphis fasciculatis; caule arboreo.

Acacia non spinosa indiae orientalis etc. PLVK. *mant.* 2. p. 331. F. 1.

MIMOSA *vaga.*

Mimosa foliis bipinnatis: pinnis exterioribus maioribus incurvatis pubescentibus.

MIMOSA *latisiliqua.*

Mimosa foliis bipinnatis: partialibus quinqueiugis ramis flexuosis, gemmis globosis. PLVM. *spec.* 17. T. 6.

MIMOSA *peregrina.*

Mimosa foliis bipinnatis, partialibus sedecimiugis: propriis quadragintaiugis: glandula baseos petiolari.

MIMOSA *muricata.*

Mimosa foliis bipinnatis: partialibus quinqueiugis, propriis multi iugis obtusis, caule muricato.

Acacia alopecuroides. PLVM. *spec.* 17. *icon.* II.

7. MIMOSA *glauca.*

Mimosa foliis bipinnatis: partialibus seiugis: pinnis plurimis, glandula inter infima. MILL. *dict.* T. 4.

***** *Foliis duplicato pinnatis; spinae seu aculei gemini, seu solitarii nec sparsi.*

8. MIMOSA *cinerea.*

Mimosa spinis solitariis foliis bipinnatis, floribus spicatis.

Acacia foliis pennas avium referentibus etc. BVRM. *zeyl.* 3. T. 2.

29. MIMOSA *cornigera.*
Mimosa spinis stipularibus geminis connatis, foliis bipinnatis. PLVK. *alm.* 3. T. 122. F. 1.

30. MIMOSA *horrida.*
Mimosa spinis stipularibus longitudine foliorum foliis bipinnatis, partialibus subseiugis, ramis laevibus. PLVK. *alm.* 3. T. 121. F. 4.

31. MIMOSA *tortuosa.*
Mimosa spinis stipularibus: foliis bipinnatis quadriiugis, glandula inter infima, foliolis sedecimiugis: spicis globosis.

32. MIMOSA *senegal.*
Mimosa spinis ternis: intermedio reflexo, foliis bipinnatis, floribus spicatis.
Acacia altera vera etc. PLVK. *alm.* 3. p. 251. F. 1.

33. MIMOSA *farnesiana.*
Mimosa spinis stipularibus distinctis, foliis bipinnatis: partialibus octoiugis: spicis globosis sessilibus.

34. MIMOSA *nilotica.*
Mimosa spinis stipularibus patentibus, foliis bipinnatis, partialibus extimis glandula interstinctis: spicis globosis pedunculatis.
Acacia vera. VESL. *aegyt.* T. 8. *bona.* et PLVK. *alm.* 3. T. 123. F. 1.

****** *Foliis duplicato pinnatis, aculei sparsi.*

35. MIMOSA *caesia.*
Mimosa foliis bipinnatis, pinnis ovali-oblongis oblique acuminatis. PLVK. *mant.* 1. T. 330. F. 3.

36. MIMOSA *pennata.*
Mimosa foliis bipinnatis numerosissimis lineari-acerosis, panicula aculeata, capitulis globosis. BVRMAN. *zeyl.* 2. T. 1.

β. Mimosa tenuifolia. SP. *pl.* 1. p. 523.

37. MI-

MIMOSA *pigra.*

Mimosa aculeata laevis, foliis bipinnatis opposite aculeatis: spina erecta longiore inter singula partialia.

Aeschynomene spinosa quinta. COMM. *hort.* 1. p. 59. T. 30?

MIMOSA *asperata.*

Mimosa aculeata hirta, foliis bipinnatis opposite aculeatis, spina erecta longiore inter singula partialia.

Aeschynomene spinosa quarta. BREYN. *cent.* 43. T. 19.

MIMOSA *intsia.*

Mimosa aculeata, foliis bipinnatis pinnis incurvis, caule angulato.

Acacia maderaspatana etc. PLUK. *alm.* 4. T. 122. F. 2.

MIMOSA *semispinosa.*

Mimosa aculeata, foliis bipinnatis, articulis caulinis superne aculeatis.

MIMOSA *quadrivalvis.*

Mimosa aculeata, foliis bipinnatis, caule quadrangulo: aculeis recurvis, leguminibus quadrivalvibus. MILL. *dict.* T. 182. F. 1.

MIMOSA *ceratonia.*

Mimosa aculeata, foliis bipinnatis quinqueiugis: partialibus triiugis: pinnis trinerviis.

Acacia repens aculeata etc. PLUM. *spec.* 17. *icon.* 8.

MIMOSA *tamarindifolia.*

Mimosa aculeata, foliis bipinnatis quinqueiugis, partialibus subdecemiugis, petiolis communibus inermibus.

Acacia aculeata, flore albo etc. PLUM. *spec.* 17. *icon.* 7.

214. GOUANA.

Hermaphrod. Cal. monophyllus, ſemi quinquefidus, tubo infundibuliformi, perſiſtente, laciniis deciduis. *Corolla* nulla. *Filam.* quinque, antheris calyptratis; calyptra elaſtice abſcedente. *Germen* parvum inferum, ſtigmatibus obtuſis. *Capſ.* triquetra tubo calycis coronata, in tres alas excurrens, loculamentis bialatis. *Maſc. Calyx*, *Corolla*, *Filamenta*, ut in priori; *Piſtillum* nullum: vel *Stylus* abſque germine, et ſtigmate.

1. GOUANA *domingenſis.*
   Gouana foliis glabris. JACQ. *amer.* T. 179. F. 40.
2. GOUANA *tomentoſa.*
   Gouana foliis tomentoſis.

*** Dioeciae.

215. PANAX.

Hermaphrod. umbella. *Cal.* quinquedentatus ſuperus. *Cor.* pentapetala. *Stamina* quinque. *Styli* duo. *Bacca* diſperma. *Maſc.* umbella. *Cal.* integer. *Cor.* pentapetala. *Stam.* quinque.

1. PANAX *quinquefolium.*
   Panax foliis ternis quinatis.
   Aureliana canadenſis. CATESB. *car.* 3. p. 16. T. 16.
2. PANAX *trifolium.*
   Panax foliis ternis ternatis.
   Naſturtium marianum etc. PLVK. *mant.* 135. T. 435. F. 7.
3. PANAX *fruticoſum.*
   Panax foliis ſupra decompoſitis dentato ciliatis, caule fruticoſo.
   Scutellaria tertia. RVMPH. *amb.* 4. p. 78. T. 33.

216. DIO-

216. DIOSPYROS.

Hermaphrod. Cal. quadrifidus. *Cor.* urceo-
:a, quadrifida. *Stam.* octo. *Stylus* quadrifidus.
icca octosperma. *Masc. Cal. Cor. Stam.* prioris.

DIOSPYROS *lotus.*
Diospyros foliorum paginis discoloribus. MILL.
dict. T. 116.

DIOSPYROS *virginiana.*
Diospyros foliorum paginis concoloribus.
Guaiacana. CATESB. *car.* 2. p. 76. T. 76.

217. NYSSA.

Hermaphrod. Cal. quinquepartitus. *Cor.* nulla.
tam. quinque. *Pistil.* unum. *Drupa* infera.
Masc. Calyx quinquepartitus. *Corolla* nulla.
Stamina decem.

1. NYSSA *aquatica.*
Arbor in aqua nascens etc. CATESB. *car.* 1. p. 41. T. 41.

218. FRAXINVS.

Hermaphrod. Calyx nullus s. quadripartitus.
Cor. nulla s. tetrapetala. *Stam.* duo. *Pist.* unum.
Sem. unum, lanceolatum. *Fem. Pist.* unum,
lanceolatum.

1. FRAXINVS *excelsior.*
Fraxinus foliolis serratis, floribus apetalis.
2. FRAXINVS *ornus.*
Fraxinus foliolis serratis, floribus corollatis.
Fraxinus florifera botryoides. MORIS. *prael.* 265.
hort. angl. 33. T. 9.
3. FRAXINVS *americana.*
Fraxinus foliolis integerrimis, petiolis teretibus.
Fraxinus carolinienſis etc. CATESB. *car.* 1. p 80. T. 80.

219. ANTHOSPERMVM.

Androg. Calyx quadripartitus. *Corolla* nulla. *Stam.* quatuor. *Pist.* duo. *Germen* inferum. *Masc.* et *Fem.* in eadem vel distincta planta.

1. ANTHOSPERMVM *aethiopicum.*
   Anthospermum foliis laevibus.
   Frutex africanus ambaram spirans. PLVK. *alm.* 159. T. 183. F. 1.

2. ANTHOSPERMVM *ciliare.*
   Anthospermum foliis carina margineque ciliatis.
   Clinopodium africanum procumbens, psyllii foliis etc. PLVK. *mant.* 51. T. 244. F. 5.

220. ARCTOPVS.

Masc. Vmbella composita. *Involucra* pentaphylla. *Cor.* pentapetala. *Stam.* quinque. *Pist.* duo, abortientia. *Androg. Vmbella* simplex. *Involucrum* quadripartitum spinosum, maximum, continens flosculos masculos in disco plurimos. Femineos quatuor, in radio. *Masc. Petala* quinque. *Stam.* quinque. *Fem. Petala* quinque. *Styli* duo. *Sem.* unum biloculare, inferum.

1. ARCTOPVS *echinatus.*
   Arctopus valerianoides cortusae Matthioli facie planta aethiopica etc. PLVK. *mant.* 185. T. 271. F. 5.

221. GLEDITSIA.

Hermaphrod. Cal. quadrifidus. *Cor.* tetrapetala. *Stam.* sex. *Pistill.* unum *Legumen.* *Masc. Cal.* triphyllus. *Cor.* tripetala. *Stam.* sex. *Fem. Cal.* pentaphyllus. *Cor.* pentapetala. *Pistillum* unum *Legumen.*

1. GLE-

LEDITSIA *triacanth.*
Gleditſia ſpinis triplicibus axillaribus.
Acacia americana abruae folio, triacanthos. PLVK. *mant.* 1. T. 352. F. 1.
β. Acacia abruae folio, triacanthos etc. CATESB. *car.* 1. T. 43.
LEDITSIA *inermis.*
Acacia iavanica non ſpinoſa etc. PLVK. *alm.* 6. T. 123. F. 3.

222. PISONIA.

ermaphrod. Calyx vix ullus. *Cor.* campanu-, quinquefida. *Stam.* quinque-ſ. ſex. *Piſtil.* m. *Capſula* unilocularis, monoſperma, iquevalvis. *Maſc.* et *Fem.* nunc in eadem, ic in diverſa planta.

PISONIA *aculeata.*
Piſonia ſpinis axillaribus patentiſſimis.
Piſonia aculeata fructu glutinoſo et racemoſo. PLVM. *gen.* 7. *icon.* 227. F. 1.
PISONIA *mitis.*
Piſonia inermis.
Katu-kava walli. RHEED. *mal.* 7. p. 33. T. 17.

*** Polyoeciae.

223. CERATONIA.

Maſc. Calyx quinquepartitus. *Corolla* nulla *itherae* didymae. *Fem. Calyx* quinquetuberculus. *Corolla* nulla. *Stylus* unus. *Legumen* hmis interceptum.

CERATONIA *ſiliqua.*

224. FICVS.

Receptaculum commune turbinatum, carnoum, connivens, occultans floſculos vel in eodem

eodem, vel diſtincto. *Maſc. Cal.* tripartitus. *Corolla* nulla. *Stamina* tria. *Fem. Cal.* quinquepartitus. *Cor.* nulla. *Piſtillum* unum. *Sem.* unum.

1. FICVS *carica.*
   Ficus foliis palmatis.
2. FICVS *ſycomorus.*
   Ficus foliis cordatis ſubrotundis integerrimis.
   Syco Morus. BAVH. *hiſt.* 1. p. 124. F. 1. 2.
3. FICVS *religioſa.*
   Ficus foliis cordatis oblongis integerrimis acuminatis.
   Ficus malabarienſis etc. PLVK. *alm.* 144. T. 178. F. 2.
4. FICVS *benghalenſis.*
   Ficus foliis ovatis integerrimis obtuſis, caule inferne radicato.
   Ficus americana, latiore folio venoſo. PLVK. *phyt.* 178. F. 1.
5. FICVS *indica.*
   Ficus foliis lanceolatis integerrimis petiolatis, pedunculis aggregatis, ramis radicantibus.
   Ficus americana, arbuti foliis non ſerratis etc. PLVK. *alm.* 144. T. 178. F. 4.
   β. Ficus foliis lanceolatis integerrimis. ROY *lugdb.* 212.
6. FICVS *racemoſa.*
   Ficus foliis ovatis acutis integerrimis, caule arboreo, fructu racemoſo.
   Groſſularia domeſtica. RVMPH. *amb.* 3. p. 136. T. 87. 88.
7. FICVS *maculata.*
   Ficus foliis oblongis acuminatis ſerratis.
   Ficus caſtaneae folio, fructu globoſo maculato. PLVM. *ſpec.* 21. *icon.* 131. F. 1.
8. FICVS *pumila.*
   Ficus foliis ovatis acutis integerrimis, caule repente.
   Varinga repens. RVMPH. *amb.* 3. p. 134. T. 85.

CLAS-

CLASSIS III.

OMPOSITAE.

n hac gente communem habitum adeo in oculos cadere cenſet *cl.* GMELINVS, ut ubique mox affinitas primo ſe etiam intui- prodat: quare et eas vocare compoſitas ſtir- ; iubet idem habitus, quae in uno communi, : calycis aut receptaculi dilatati thalamo plu- ; colligunt floſculos; quoniam tamen et in alamo et in ipſis floſculis ſtatim obviam in di- rſis his ſtirpibus offendas differentiam, com- ſitum abſolutum florem in pluralitate floſcu- rum monopetalorum communi inſidentium lyci, deliqueſcentem unius, alteriusve condi- onis defectu ſtatuo, dum a ſtaminum nume- , aut antherarum coalitu compoſiti eſſentiam oris fruſtra peti examen evincit.

Caeterum ordines abſolutorum LINNAEA- os ſervo, licet non adeo exacti ſint, ut ex- eptionem et quandam latitudinem non admit- ant: deliqueſcentium iuxta deficientes con- litiones conſtitui.

HABI-

HABITVS ABSOLVTI.

I. SEMIFLOSCVLOSI.

* Receptaculo nudo.

225. TRAGOPOGON.

Receptaculum nudum. *Calyx* ſimplex, polyphyllus. *Pappus* plumoſus.

* *Cauleſcentia.*

1. TRAGOPOGON *pratenſe.*
   Tragopogon calycibus corollae radium aequantibus, foliis integris ſtrictis.
2. TRAGOPOGON *orientale.*
   Tragopogon calycibus corollae radio brevioribus, foliis integris ſubundulatis.
   Barba hirci. CAM. *epit.* 312. *fig.*
3. TRAGOPOGON *porrifolium.*
   Tragopogon calycibus corollae radio ſeſquilongioribus, foliis integris ſtrictis, pedunculis ſuperne incraſſatis.
   Barba hirci altera. CAM. *epit.* 313.
   β. Tragopogon folio oblongo ſinuato. BAVH. *pin.* 274.
4. TRAGOPOGON *villoſum.*
   Tragopogon calycibus corollae radio ſeſquilongioribus, caule foliisque villoſis.
5. TRAGOPOGON *crocifolium.*
   Tragopogon calycibus corollae radio longioribus, foliis integris, radicalibus pedunculisque baſi villoſis.
   Tragopogon crocifolio montanum, flore nigro purpureo. COL. *ecphr.* 1. p. 229. T. 230.

6. TRA-

TRAGOPOGON *dalechampii.*
Tragopogon calycibus monophyllis corolla brevioribus inermibus, foliis runcinatis.
Hieracium ſulphureum, inciſis foliis, montanum. BARR. *rar.* 1043. T. 209.

TRAGOPOGON *picroides.*
Tragopogon calycibus monophyllis corolla brevioribus aculeatis, foliis runcinatis denticulatis.

TRAGOPOGON *aſperum.*
Tragopogon calycibus corolla brevioribus hiſpidis, foliis integris: caulinis oblongis.

** *Acaulia ſcapis radicalibus.*

TRAGOPOGON *dandelion.*
Tragopogon foliis enſiformibus integris laevibus, ſcapis radicalibus.

TRAGOPOGON *lanatum.*
Tragopogon foliis enſiformibus undatis villoſis, ſcapis radicalibus.

TRAGOPOGON *virginicum.*
Tragopogon foliis radicalibus lyratis rotundatis, caulinis indiviſis.

226. SCORZONERA.

Receptaculum nudum. *Pappus* plumoſus. *Calyx* bricatus ſquamis margine membranaceis.

SCORZONERA *humilis.*
Scorzonera caule ſubnudo unifloro, foliis lato-lanceolatis nervoſis planis.
Scorzonera humilis latifolia pannonica II. CLVS. II. p. 138. *ic.*

SCORZONERA *hiſpanica.*
Scorzonera caule ramoſo, foliis amplexicaulibus integris ſerrulatis.

Scor-

Scorzonera maior hiſpanica I. CLVS. II. p. 1. 137. *ic.*

3. SCORZONERA *tomentoſa.*
Scorzonera foliis ovatis tomentoſis nervoſis integerrimis ſeſſilibus.

4. SCORZONERA *graminifolia.*
Scorzonera foliis lineari-enſiformibus integris carinatis. BVXB. *cent.* 2. T. 21.

5. SCORZONERA *purpurea.*
Scorzonera foliis lineari-ſubulatis integris planis, pedunculis cylindricis. GMEL. *ſibir.* 2. T. 2. MENTZ. *pug.* T. 1. F. 1.

6. SCORZONERA *anguſtifolia.*
Scorzonera foliis ſubulatis integris, pedunculo incraſſato, caule ſimpliciſſimo, baſi villoſo.
Scorzonera humilis anguſtifolia pan. III. CLVS. II. *ic.* p. 138.

7. SCORZONERA *orientalis.*
Scorzonera foliis ſinuatis denticulatis acutis, caulibus ſubunifloris.

8. SCORZONERA *reſedifolia.*
Scorzonera foliis obtuſe dentatis, caule proſtrato, calycum apicibus tomentoſis.
Scorzonera laciniatis foliis ſupina. BARR. *rar.* T. 800.

9. SCORZONERA *laciniata.*
Scorzonera foliis linearibus dentatis acutis caule erecto, ſquamis calycinis patulo-mucronatis.

10. SCORZONERA *tingitana.*
Scorzonera foliis omnibus runcinatis amplexicaulibus.
Chondrilla tingitana etc. HERM. *lugdb.* T. 659.

11. SCORZONERA *picroides.*
Scorzonera foliis ſuperioribus amplexicaulibus integerrimis, inferioribus runcinatis, pedunculis ſquamatis.

Son-

Sonchus ſubrotundo folio noſtras. PLVK. *phyt.* 61. F. 5.

ſ. *media eſt inter ſcorzoneram et ſonchum.*

227. PICRIS.

Receptaculum nudum. *Calyx* calyculatus. *Pappus* plumoſus. *Semina* tranſverſim ſulcata.

PICRIS *echioides.*

Picris perianthiis exterioribus pentaphyllis interiore ariſtato maioribus.

β. Hieracium capitulis cardui benedicti. HERM. *parad.* 185. T. 185.

PICRIS *hieracioides.*

Picris perianthiis laxis, foliis integris.

PICRIS *pyrenaica.*

Picris perianthiis laxis, caule piloſo, foliis dentato-ſinuatis.

Hieracium pyrenaicum, blattariae folio, minus piloſum. HERM. *parad.* 184. F. 184.

PICRIS *aſplenioides.*

Picris foliis pinnatifidis: lobis alternis rotundatis.

228. SONCHVS.

Receptaculum nudum. *Calyx* imbricatus, vencoſus. *Pappus* plumoſus.

SONCHVS *canadenſis.*

Sonchus pedunculis hiſpidis, floribus racemoſis, foliis runcinatis.

SONCHVS *paluſtris.*

Sonchus pedunculis calycibusque hiſpidis ſubumbellatis, foliis runcinatis baſi ſagittatis.

Sonchus laevior auſtriacus V altiſſimus. CLVS. II. p. 147.

3. SONCHVS *arvensis.*
Sonchus pedunculis calycibusque hispidis subumbellatis, foliis runcinatis basi cordatis.

4. SONCHVS *maritimus.*
Sonchus pedunculo nudo, foliis lanceolatis amplexicaulibus indivisis retrorsum argute dentatis.
Sonchus angustifolius maritimus. PLVK. *alm.* 354. T. 62. F. 5.

5. SONCHVS *oleraceus.*
Sonchus pedunculis tomentosis, calycibus glabris.
α. Sonchus laevis. CAM. *epit.* 279.
β. Sonchus laevis minor, paucioribus laciniis. BAVH. *pin.* 124.
γ. Sonchus asper laciniatus et non laciniatus. BAVH. *pin.* 124.
δ. Sonchus asper non laciniatus. TOUR. *inst.* 474.

6. SONCHVS *tenerrimus.*
Sonchus pedunculis tomentosis, calycibus pilosis.

7. SONCHVS *alpinus.*
Sonchus pedunculis squamosis, floribus racemosis, foliis runcinatis.
Sonchus caeruleus. CAM. *epit.* 284.

8. SONCHVS *plumieri.*
Sonchus pedunculis nudis, floribus paniculatis, foliis runcinatis.

9. SONCHVS *floridanus.*
Sonchus pedunculis subsquamosis, foliis lyrato-hastatis.

10. SONCHVS *sibiricus.*
Sonchus pedunculis squamatis, foliis lanceolatis indivisis sessilibus. GMELIN. *sibir.* 2.
Sonchus foliis lanceolatis sessilibus plerumque denticulatis, floribus corymbosis, caulibus glabris. GMEL. *sibir.* 2. p. 11. T. 3.

229. LA-

229. LACTVCA.

Receptaculum nudum. *Calyx* imbricatus, cylindricus. *Pappus* ſimplex, ſtipitatus.

LACTVCA *quercina.*
Lactuca foliis runcinatis denticulatis acutis, ſubtus laevibus: caule glabro.

LACTVCA *officinarum.*
Lactuca foliis rotundatis caule corymboſo.
α. Lactuca *capitata.* MORIS. III. S. 7. T. 2. F. 2.
β. Lactuca *criſpa.* DOD. *pempt.*

LACTVCA *canadenſis.*
Lactuca foliis lanceolato-enſiformibus dentatis inermibus.

LACTVCA *ſcariola.*
Lactuca foliis verticalibus carina aculeatis.
Lactuca ſylveſtris etc. MORIS. III. S. 7. T. 2. F. 17. HERM. *parad.* T. 191. Varietas β.
γ. Lactuca ſylveſtris annua, coſta ſpinoſa etc. MORIS. III. p. 58.

LACTVCA *viroſa.*
Lactuca foliis horizontalibus carina aculeatis dentatis.
Lactuca ſylveſtris odore viroſo. MORIS. III. S. 7. T. 2. F. 16.

LACTVCA *ſaligna.*
Lactuca foliis haſtato-linearibus ſeſſilibus, carina aculeatis. HALL. *ien.* p. 207. T. 4. *optima.*

LACTVCA *perennis.*
Lactuca foliis linearibus dentato-pinnatis: laciniis ſurſum dentatis. MILL. *dict.* T. 157.

230. CHONDRILLA.

Receptaculum nudum. *Calyx* calyculatus. *Pappus* ſimplex, ſtipitatus. *Floſculi* multiplici ſerie.

1. CHONDRILLA *iuncea.*
Chondrilla cichoroides. DILL. E. N. C. *cent.* V. VI. *app.* p. 61. T. IX.

231. PRENANTHES.

Receptaculum nudum. *Calyx* calyculatus. *Pappus* ſimplex, ſubſeſſilis. *Floſculi* ſimplici ſerie.

1. PRENANTHES *tenuifolia.*
Prenanthes foliis linearibus integerrimis.

2. PRENANTHES *viminea.*
Prenanthes foliorum ramentis cauli adnatis.

3. PRENANTHES *purpurea.*
Prenanthes floſculis quinis, foliis lanceolatis denticulatis.
Sonchus laevior pannonicus IV. purpureo flore. CLVS. II. p. 147. *icon commoda.*

4. PRENANTHES *muralis.*
Prenanthes floſculis quinis, foliis runcinatis.
Sonchus laevior vulgaris II. CLVS. II. p. 136. *icon bona.*

5. PRENANTHES *altiſſima.*
Prenanthes floſculis quinis foliis trilobis, caule erecto.
Sonchus elatus ſ. dendroides. PLVK. *alm.* T. 317. F. 2.

6. PRENANTHES *alba.*
Prenanthes floſculis plurimis floribus nutantibus ſubumbellatis, foliis haſtato-angulatis.
β. Prenanthes autumnalis etc. GRON. *virg.* I. p. 89.

7. PRENANTHES *repens.*
Prenanthes repens, foliis trilobis. *amoen. acad.* 2. p. 360. F. 23.

232. LE-

232. LEONTODON.

Receptaculum nudum. *Calyx* imbricatus, ſquamis laxiuſculis. *Pappus* plumoſus, aut piloſus.

LEONTODON *taraxacum offic.*
Leontodon calyce inferne reflexo, foliis runcinatis denticulatis laevibus.
Dens leonis, taraxacum. BLAKW. T. 1.
β. Dens leonis anguſtiore folio. BAUH. *pin.* 126.
γ. Dens leonis latiore et rotundiore folio. TOURN. *inſt.* 410.

LEONTODON *aureum.*
Leontodon foliis runcinatis, ſcapo ſubunifolio, calyce nigro hiſpido.
Taraxacum 3. HALL. *helv.* p. 740. Monoclonon flore aurantio. EIUSD. T. 24. *ic. eximia.*

LEONTODON *bulboſum.*
Leontodon foliis oblongo-ovatis ſubdentatis glabris, calyce laevi, ſcapo ſuperne hirto.
Chondrilla altera dioſcoridis. COL. *phyt.* II. T. 4.

LEONTODON *autumnale.*
Leontodon caule ramoſo, pedunculis ſquamoſis, foliis lanceolatis dentatis integerrimis glabris.

LEONTODON *haſtile.*
Leontodon ſcapo calyceque laevi, foliis lanceolatis dentatis integerrimis glabris.

5. LEONTODON *tuberoſum.*
Leontodon foliis runcinatis ſcabris, calyce hirto.
Chondrilla altera dioſcoridis monſpelienſium. LOB. *ic.* 232.

7. LEONTODON *hirtum.*
Leontodon calyce toto erecto, foliis dentatis hirtis: pilis ſimpliciſſimis.

8. LEONTODON *hiſpidum.*
Leontodon calyce toto erecto, foliis dentatis integerrimis hiſpidis: pilis furcatis.

β. Hieracium VI. montanum. CLVS. II. p. 141. *icon.*

γ. Hieracium folio hedypnoidis. CLVS. II. p. 142. *icon.*

233. PERDICIVM.

Receptaculum nudum. *Calyx* imbricatus. *Corolla* bilabiata, labo exteriore trifido: interiore partito. *Pappus* capillaris. *Corollulae* inter ſemifloſculoſos et radiatas mediae.

1. PERDICIVM *leontodon.*
   Perdicium ſcapo unifloro nudo, flore ſubſemifloſculoſo.

2. PERDICIVM *radiale.*
   Perdicium caule fruticoſo, floribus ſubradiatis: calycibus exterioribus tetraphyllis.
   Trixis fruteſcens, foliis nitidis ovatis dentatis, floribus comoſis. BROWN. *iam.* 312. T. 33. F. 1.

234. HIERACIVM.

Receptaculum nudum. *Calyx* imbricatus, ovatus. *Pappus* ſimplex, ſeſſilis.

* *Scapo nudo unifloro.*

1. HIERACIVM *alpinum.*
   Hieracium foliis oblongis integris dentatis, ſcapo ſubnudo unifloro, calyce piloſo.
   Piloſella monoclonos non repens alpina minor lanuginoſa, amplo flore. MORIS. III. p. 78. S. 7. T. 7. F. 5.

2. HIERACIVM *taraxaci.*
   Hieracium foliis lanceolatis dentatis glabris, ſcapo ſubnudo unifloro, calyce hirſuto.

3. HIE-

HIERACIVM *venosum.*
Hieracium foliis cuneiformibus hirtis, scapo nudo crassissimo erecto.

HIERACIVM *pilosella.*
Hieracium foliis integerrimis ovatis, subtus tomentosis, caule repente, scapo unifloro.
Pilosella maior. CAM. *epit.* 709.

** *Scapo nudo multifloro.*

HIERACIVM *dubium.*
Hieracium foliis integris ovato-oblongis, stolonibus repentibus, scapo nudo multifloro.

HIERACIVM *auricula.*
Hieracium foliis integerrimis lanceolatis, scapo nudo multifloro, stolonibus reptantibus.

HIERACIVM *cymosum.*
Hieracium foliis lanceolatis integris pilosis, scapo subnudo basi piloso, floribus subumbellatis.
Hieracium murorum angustifolium non sinuatum. BAVH. *prodr.* 67. T. 67.

HIERACIVM *praemorsum.*
Hieracium foliis ovatis subdentatis, scapo nudo racemoso, floribus superioribus primoribus.
Hieracium foliis ovatis tomentosis, caule nudo floribus spicatis luteolis terminato. GMEL. *sibir.* 2. p. 32. T. 13. F. 2.

. HIERACIVM *aurantiacum.*
Hieracium foliis integris, caule subnudo simplicissimo piloso corymbifero.
Hieracium germanicum I. COL. *ecphr.* 2. p. 28. T. 30.

o. HIERACIVM *gronovii.*
Hieracium caule paniculato subnudo, foliis radicalibus obovatis integerrimis pilosis.
Hieracium marianum, pulmonariae gallicae sub rotundo folio. PLVK. *mant.* 102. T. 420. F. 2?

11. HIERACIVM *capense.*
Hieracium caule nudo multifloro, pedunculis ſerioribus altioribus, foliis oblongis dentatis ſcabris.

12. HIERACIVM *ſanctum.*
Hieracium ſcapo nudo multifloro, foliis lyratis obtuſis dentatis.

13. HIERACIVM *gmelini.*
Hieracium caule nudo, paniculato foliis radicalibus ovatis ſerratis glabris.
Hieracium foliis ex ſinuato-dentatis, caulibus ſupra ramoſis ſubnudis, pedunculis hirſutis unifloris. GMEL. *ſibir.* 2. p. 23. T. 8. F. 2.

* *Caule folioſo.*

14. HIERACIVM *paniculatum.*
Hieracium caule erecto, foliis alternis lanceolatis nudis dentatis, panicula capillari.

15. HIERACIVM *chondrilloides.*
Hieracium foliis caulinis elongato-dentatis glabris: radicalibus lanceolatis integris, caule ramoſo. JACQ. *vind.* 273. T. 7.

16. HIERACIVM *porrifolium.*
Hieracium caule ramoſo folioſo, foliis lanceolato-linearibus integerrimis. IACQ. *vind.* 275. T. 6.

17. HIERACIVM *murorum.*
Hieracium caule ramoſo, foliis radicalibus ovatis dentatis; caulino minori.
α. Hieracium *piloſiſſimum* murorum, folio piloſiſſimo.
β. Hieracium *ſylvaticum* murorum laciniatum minus piloſum.

18. HIERACIVM *paludoſum.*
Hieracium caule paniculato, foliis amplexicaulibus dentatis glabris, calycibus hiſpidis.

Hiera-

Hieracium montanum latifolium glabrum minus. MORIS. III. p. 69. S. 7. T. 5. F. 47.

HIERACIVM *lyratum.*
Hieracium caule multifloro, foliis lyratis glabris, calycibus pedunculiſque hiſpidis.
Hieracium caule ramoſo, foliis ſemiamplexicaulibus: teneris oblongis plerumque petiolatis: petiolis infimorum dentatis. GMEL. *ſibir.* 2. p. 24. T. 9.

. HIERACIVM *cerinthoides.*
Hieracium foliis radicalibus obovatis denticulatis, caulinis oblongis ſemiamplexicaulibus.

. HIERACIVM *amplexicaule.*
Hieracium foliis amplexicaulibus cordatis ſubdentatis, pedunculis unifloris hirſutis, caule ramoſo.
β. Hieracium pyrenaicum rotundifolium amplexicaule. TOVR.

2. HIERACIVM *blattarioides.*
Hieracium foliis lanceolatis amplexicaulibus dentatis, floribus ſolitariis, calycibus laxis.

3. HIERACIVM *villoſum.*
Hieracium caule ramoſo folioſo, foliis hirtis: radicalibus lanceolato-ovatis dentatis; caulinis amplexicaulibus.
Hieracium alpinum V. villoſum. CLVS. II. p. 141.

24. HIERACIVM *glutinoſum.*
Hieracium foliis lanceolatis runcinatis ſcabriuſculis, floribus umbellatis.

25. HIERACIVM *kalmii.*
Hieracium caule erecto multifloro, foliis lanceolatis dentatis, pedunculis tomentoſis.

26. HIERACIVM *ſprengerianum.*
Hieracium caule ramoſo folioſo, foliis ſemiamplexicaulibus oblongis repandis hiſpidis.

Hieracium pulchrum ramosum sprengerianum. MORIS. III. p. 65. S. 7. T. 5. F. 17.

27. HIERACIVM *sabaudum.*
Hieracium caule erecto multifloro, foliis ovato-lanceolatis dentatis semiamplexicaulibus.

28. HIERACIVM *umbellatum.*
Hieracium foliis linearibus subdentatis sparsis, floribus subumbellatis.

235. CREPIS.

Receptaculum nudum. *Calyx* calyculatus: squamis deciduis. *Pappus* plumosus, stipitatus.

1. CREPIS *pygmaea.*
Crepis foliis ovatis integris villosis petiolatis: caule procumbente.
Hieracium alpinum incanum brunellae foliis. BOCC. *mus.* 2. p. 33. T. 24.

2. CREPIS *bursifolia.*
Crepis foliis pinnatifidis crenatis: scapo nudo paucifloro. BOCC. *mus.* 2. T. 106. 112.

3. CREPIS *barbata.*
Crepis involucris calyce longioribus, squamis setaceis sparsis.
Hieracium calyce barbato. COL. *ecphr.* 2. T. 27. F. 1.

4. CREPIS *aspera.*
Crepis foliis dentatis, inferioribus ovatis auriculatis, superioribus sagittatis: caule setis rigidis sparsis.

5. CREPIS *vesicaria.*
Crepis involucris ovatis concavis obtusis patentibus.
β. Cichorium sylvestre vesicarium. COL. *ecphr.* 1. T. 237.

6. CRE-

CREPIS *rubra.*
Crepis foliis amplexicaulibus lyrato-runcinatis.
Chondrilla purpurascens foetida. C. B. *prodr.* p. 68. *ic.*

CREPIS *foetida.*
Crepis foliis runcinato-pinnatis hirtis; petiolis dentatis.
Hieracium luteum amygdalas amaras olens. MORIS. III. S. 7. T. 4. F. 4.

CREPIS *dioscoridis.*
Crepis foliis radicalibus runcinatis, caulinis hastatis: calycibus subtomentosis.
Hieracium I. TABERN. *hist.* 491.

CREPIS *virens.*
Crepis foliis runcinatis glabris amplexicaulibus: calycibus subtomentosis.

CREPIS *alpina.*
Crepis foliis amplexicaulibus oblongis acuminatis, inferioribus superne, summis inferne denticulatis.
Leontodon calyce toto erecto etc. GMEL. *sibir.* 2. T. 5.

CREPIS *pulchra.*
Crepis foliis sagittatis dentatis, caule paniculato: calycibus pyramidatis glabris.
β. Hieracium montanum etc. COL. *ecphr.* 1. T. 249. et MORIS. III. S. 7. T. 5. F. 37.

2. CREPIS *sibirica.*
Crepis foliis oblongis amplexicaulibus dentatis, caule hirto: calycibus carina ciliatis.
Hieracium caule ramoso foliis infirmis etc. GMEL. *sibir.* 2. T 10.
β. Hieracium pyrenaicum etc. HERM. *parad.* p. 184. *ic.*
γ. Hieracium britannicum IV. CLVS. *hist.* II.

13. CRE-

13. CREPIS *tectorum.*
Crepis foliis lanceolato-runcinatis ſeſſilibus laevibus, inferioribus dentatis: caule glabro.
Hieracium II. TABERN. *hiſt.* 491. bona *icon.*

14. CREPIS *biennis.*
Crepis foliis runcinato-pinnatifidis ſcabris, baſi ſuperne dentatis: calycibus muricatis.
Hieracium cichorium luteum hirſutum. I. B. 2. *ic.*

236. LAMPSANA.

Receptaculum nudum. *Calyx* calyculatus, ſquamis ſingulis interioribus canaliculatis.

1. LAMPSANA *communis.*
Lampſana petunculis tenuibus ramoſiſſimis: calycibus fructus angulatis. DOD. *pempt.* 675.

2. LAMPSANA *zacintha.*
Lampſana calycibus fructus torulofis depreſſis obtuſis ſeſſilibus. CLVS. II. p. 144. *ic.*

3. LAMPSANA *ſtellata.*
Lampſana foliis caulinis lanceolatis indiviſis: calycibus fructus undique patentibus, radiis ſubulatis.

4. LAMPSANA *rhagadiolus.*
Lampſana foliis lyratis: calycibus fructus undique patentibus, radiis ſubulatis.

237. HYOSERIS.

Receptaculum nudum. *Calyx* ſubaequalis. *Pappus* piloſus vel obſoletus.

* *Caule nudo.*

1. HYOSERIS *foetida.*
Hyoſeris ſcapis ſimpliciſſimis unifloris, foliis pinnatifidis ſeminibus nudis.

Leon-

Leontodontoides etc. MICH. T. 28.
Hieracium foetidum III. COL. *ecphr.* 2. T. 31.

YOSERIS *radiata.*
Hyoſeris ſcapis unifloris nudis, foliis glabris runcinatis angulis dentatis.
Dens leonis minor foliis radiatis. PLVK. *alm.* T. 37. F. 2.

YOSERIS *ſcabra.*
Hyoſeris ſcapo ſimpliciſſimo unifloro, foliis ſcabris: ſeminibus pappoſis.
Hieracium etc. Tragopogoni capitulis. BOCC. 2. T. 106.

[YOSERIS *virginica.*
Hyoſeris ſcapis unifloris: foliis lanceolatis lyratis glabris.

[YOSERIS *minima.*
Hyoſeris caule diviſo nudo, pedunculis incraſſatis.
Hyoſeris anguſtifolia. TABERN. *ic.* 130.
Hieracium minimum. CLVS. II. p. 142. *ic.*

** *Caule folioſo.*

HYOSERIS *hedypnois.*
Hyoſeris fructibus ovatis glabris, caule ramoſo. LOB. *ic.* 239.

HYOSERIS *rhagadioloides.*
Hyoſeris fructibus ovatis piloſis, caule ramoſo.

HYOSERIS *cretica.*
Hyoſeris fructibus ovatis ſcabris, caule ramoſo.

238. SERIOLA.

Receptaculum paleaceum. *Calyx* ſtriatus imicatus. *Seminis* fuſiformis corona piloſa. MILL. *Act. Paris.* 1721. *ic.*

1. SE-

1. SERIOLA *laevigata.*
Seriola laeviuſcula, foliis obovatis dentatis.

2. SERIOLA *aethnenſis.*
Seriola hiſpida, foliis obovatis ſubdentatis.

3. SERIOLA *cretenſis.*
Seriola hirta, foliis runcinatis.

4. SERIOLA *urens.*
Seriola urens, caule ramoſo, foliis dentatis.

Obſ. *Calycis ſquamae pungunt.*

239. ELEPHANTOPVS *ſecut.* ROY.

Receptaculum nudum. *Cor.* quinque, ſimplici ſerie, quinquepartitae. *Calyx* imbricatus. *Pappus* ariſtis pluribus.

1. ELEPHANTOPVS *ſcaber.*
Elephantopus foliis oblongis ſcabris. DILL. *elth.* T. 106. F. 126.

2. ELEPHANTOPVS *tomentoſus.*
Elephantopus foliis ovatis tomentoſis.

** *Receptaculo ornato.*

240. GEROPOGON?

Receptaculum paleaceum. *Calyx* flore duplo longior, defloratus non contractus. *Sem.* laevia: radii ſetis terminata, diſci pappo plumoſo.

1. GEROPOGON *glabrum.*
Geropogon foliis glabris.

2. GEROPOGON *hirſutum.*
Geropogon foliis piloſis.
Tragopogon gramineo folio, ſuaverubente flore. COL. *ecphr.* 1. p. 232. T. 231.

241. AN-

241. ANDRYALA.

ceptaculum villosum. *Calyx* multipartitus, equalis, rotundatus. *Pappus* simplex, is.

NDRYALA *integrifolia.*
Andryala foliis integris ovato-oblongis tomentosis.

NDRYALA *ragusina.*
Andryala foliis lanceolatis indivisis denticulatis acutis tomentosis: floribus solitariis. MILL. *ic.* 97. T. 146.

NDRYALA *sinuata.*
Andryala foliis runcinatis.

NDRYALA *lanata.*
Andryala foliis oblongo-ovatis subdentatis lanatis: pedunculis ramosis.
Hieracium montanum tomentosum. DILL. *elth.* T. 150. F. 180. MILL. *ic.* 97. T. 146. F. 1.

242. CICHORIVM.

Receptaculum paleaceum. *Calyx* calyculatus. *pi* margo quinquedentatus.

CICHORIVM *intybus.*
Cichorium floribus geminis sessilibus, foliis runcinatis.
Intybus sylvestris. CAM. *epit.* 285. *icon* bona.

CICHORIVM *endivia.*
Cichorium floribus solitariis pedunculatis, foliis integris crenatis.
Intybum sativum. DOD. *pempt.* 634.
β. Endivia crispa. BAVH. *pin.* 125.

3. CI-

3. CICHORIVM *spinosum.*
Cichorium caule dichotomo spinoso, floribus axillaribus sessilibus. BAVH. *prodr.* 62. T. 62.
Chondrillae genus elegans caeruleo flore. CLVS. II. p. 145. *ic.*

243. CATANANCHE.

Receptaculum paleaceum. *Calyx* imbricatus. *Pappus* aristatus, calyculo quinquefeto.

1. CATANANCHE *caerulea.*
Catananche squamis calycinis inferioribus ovatis.

2. CATANANCHE *lutea.*
Catananche squamis calycinis inferioribus lanceolatis.
Chondrilla cyanoides luteo choronopi folio etc. BOCC. *mus.* 2. T. 7. BARR. *ic.* 1135.

3. CATANANCHE *graeca.*
Catananche foliis incisis. TOURNEF. *iter.* I. T. 223.

244. HYPOCHAERIS.

Receptaculum paleaceum. *Calyx* subimbricatus. *Pappus* plumosus.

1. HYPOCHAERIS *pontana.*
Hypochaeris caule simplici folioso unifloro, foliis lanceolatis dentatis.
Hieracium pontanum etc. BOCC. *mus.* 2. p. 148. T. 113.

2. HYPOCHAERIS *maculata.*
Hypochaeris caule subnudo, ramo solitario, foliis ovato-oblongis integris dentatis. HALL. *helv.* T. 24. interior ita LIN.

2. HY-

3. HYPOCHAERIS *glabra.*
Hypochaeris glabra, calycibus oblongis imbricatis, caule ramoſo nudo, foliis dentato-ſinuatis.
4. HYPOCHAERIS *radicata.*
Hypochaeris foliis runcinatis obtuſis ſcabris, caule ramoſo nudo laevi, pedunculis ſquamoſis.
Hieracium VII. TABERN. *hiſt.* 492.
Hieracium longius radicatum. LOB. *ic.* 238.

245. SCOLYMVS.

Receptaculum paleaceum. *Calyx* imbricatus, ſpinoſus. *Pappus* nullus.

1. SCOLYMVS *maculatus.*
Scolymus foliis margine attenuatis.
Scolymus theophraſti narbonenſis. CLVS. II. p. 153. *ic.*
2. SCOLYMVS *hiſpanicus.*
Scolymus foliis margine incraſſatis.
Scolymus theophraſti hiſpanicus. CLVS. II. p. 153.

II. CAPITATI.

246. ATRACTYLIS.

Corollae radiatae: Corollis radii quinquedentatis. *Calyx* imbricatus. *Receptaculum* villoſum. *Semen* pappo plumoſo.

1. ATRACTYLIS *gummifera.*
Atractylis flore acauli.
Carduus pinea theophraſti. ALP. *exot.* 126. T. 124. 125.
2. ATRACTYLIS *humilis.*
Atractylis foliis dentato-ſinuatis flore radiato: obvallato involucro patente, caule herbaceo.

β. Carlina minima caulodes hiſpanica. BARR. *rar.* 1127. T. 592.

3. ATRACTYLIS *cancellata.*
Atractylis involucris cancellatis ventricoſis linearibus dentatis, calycibus ovatis, floribus floſculoſis.
Eryngium parvum palmare etc. MORIS. III. p. 166. S. 7. T. 36. F. 16.

247. CARLINA.

Calyx radiatus ſquamis marginalibus longis, coloratis. *Receptaculum* ornatum. *Semen* villoſum.

1. CARLINA *acaulis.*
Carlina caule unifloro flore breviore.
Chamaeleon albus. CLVS. II. p. 155. *ic.* CAM. *epit.* 428.

2. CARLINA *lanata.*
Carlina caule ſubmultifloro lanato: calycibus radio purpureis.
Acanthoides parva apula. COL. *ecphr.* I. p. 29. T. 27. F. 2.

3. CARLINA *corymboſa.*
Carlina caule multifloro ſubdiviſo, floribus ſeſſilibus, calycibus radio flavis.
β. Carlina ſylveſtris multicaulis etc. RAI. *extr.* 86.

4. CARLINA *vulgaris.*
Carlina caule multifloro corymboſo, floribus terminalibus, calycibus radio albis.
Carlina ſylveſtris vulgaris. CLVS. II. p. 155. *ic.*

5. CARLINA *racemoſa.*
Carlina floribus ſeſſilibus lateralibus pauciſſimis.
Carlina ſylveſtris minor hiſpanica. CLVS. II. p. 157.

6. CAR-

ARLINA *pyrenaica.*
Carlina floribus ſeſſilibus caule multifloro, foliis decurrentibus.

ARLINA *atractyloides.*
Carlina caule ramoſo, calycibus ſpinis ciliatis.
Carlina polycephalos, polyacanthae vulgari ſimilis, aethiopica. PLVK. *alm.* 86. T. 273. F. 4. mala.

248. CNICVS.

lyx ovatus, imbricatus ſquamis ramoſo-ſis, obvallatus bracteis. *Corollulae* aequa- *Receptaculum* villoſum.

NICVS *oleraceus.*
Cnicus foliis pinnatifidis carinatis nudis bracteis ſubcoloratis integris concavis.
Carduus pratenſis. LOB. *ic.* 2. p. 11.
β. Cirſium latiſſimum. BAVH. *pin.* 177.

NICVS *pygmaeus.*
Cnicus caule unifloro, foliis ſublinearibus ſeſſilibus confertiſſimis, calyce inermi. JACQ. *vind.* 282. T. 8.
Carduus mollior humilis anguſtifolius. CLVS. II. p. 151.

NICVS *ſpinoſiſſimus.*
Cnicus foliis amplexicaulibus ſinuato-pinnatis ſpinoſis, caule ſimplici, floribus ſeſſilibus.
Cirſium alpinum ſpinoſiſſimum etc. HALL. *helv.* 679. T. 20.

NICVS *eriſithales.*
Cnicus foliis amplexicaulibus pinnatifidis hirſutis, calycibus nutantibus glutinoſis.
Carduo-cirſium maximum profunde laciniatum etc. PLVK. *phyt.* 154. F. 2.

5. CNICVS *centauroides.*

Cnicus foliis pinnatifidis, ſquamis calycinis membranaceis.

Centaurium maius, foliis cinarae cornuti. MORIS. III. p. 131. S. 7. T. 25. F. 2.

6. CNICVS *cernuus.*

Cnicus foliis cordatis, petiolis criſpis, ſpinoſis amplexicaulibus, floribus cernuis.

Carduus foliis ex cordato-lanceolatis margine ſerratis et ſpinoſis etc. GMEL. *ſibir.* 2. p. 47. T. 19.

7. CNICVS *acarna.*

Cnicus foliis decurrentibus lanceolatis indiviſis, calycibus pinnato-ſpinoſis.

Chamaeleon ſalmanticenſis. CLVS. II. p. 155.

β. Acarna humilis, caule folioſo. BAVH. *pin.* 379.

249. ARCTIVM.

Calyx globoſus, ſquamis apice hamis inflexis. *Receptaculum* paleaceum. *Semen* pappo brevi.

1. ARCTIVM *lappa.*

Arctium foliis cordatis inermibus petiolatis.

Bardana ſ. lappa maior. DOD. *pempt.* 58.

Perſonata. CAM. *epit.* 887.

β. Lappa maior montana, capitulis tomentoſis. BAVH. *pin.* 198.

2. ARCTIVM *perſonata.*

Arctium foliis decurrentibus ciliato-ſpinoſis: inferioribus pinnatis: caulinis oblongo-ovatis.

Carduus mollis, foliis imis laciniatis, ſuperioribus integris, ſquamis calycinis reflexis. HALL. *helv.* 678. T. 19. *opuſc.* 232.

250. CAR-

250. CARTHAMVS.

lyx ovatus, imbricatus, ſquamis apice ſub-
ɔ-foliaceis. *Receptaculum* piloſum.

ARTHAMVS *tinctorius.*
Carthamus foliis ovatis integris ſerrato-aculeatis.
Cnicus vulgaris. CLVS. II. p. 152.

ARTHAMVS *lanatus.*
Carthamus caule piloſo: ſuperne lanato, foliis inferioribus pinnatifidis, ſummis amplexicaulibus dentatis.
Atractylis theophraſti et dioſcoridis ſucco ſanguineo. COL. *ecphr.* I. p. 19. T. 23.

ARTHAMVS *creticus.*
Carthamus caule laeviuſculo, calycibus ſublanatis: floſculis ſubnovenis, foliis inferioribus lyratis, ſummis ſemiamplexicaulibus dentatis.

ARTHAMVS *tingitanus.*
Carthamus foliis radicalibus pinnatis, caulinis pinnatifidis, caule unifloro.
Carduus caeruleus erectus, cnici foliis diſſectioribus. MORIS. III. p. 159. S. 7. T. 34. F. 19.

ARTHAMVS *caeruleus.*
Carthamus foliis lanceolatis ſpinoſo-dentatis, caule ſubunifloro.
Cnicus alter cluſii, caeruleo flore. CLVS. II. p. 152.

ARTHAMVS *mitiſſimus.*
Carthamus foliis inermibus: radicalibus dentatis, caulinis pinnatis.

ARTHAMVS *carduncellus.*
Carthamus foliis caulinis linearibus pinnatis longitudine plantae.
Carduncellus montis lupi. LOB. *ic.* 2. p. 20.

ARTHAMVS *corymboſus.*
Carthamus floribus corymboſis numeroſis.

Carduus chamaeleon dictus, capitulis pluribus minoribus caeruleis corymbatim dispositis. MORIS. III. p. 159. S. 7. T. 33. F. 17.

9. CARTHAMVS *arborescens.*
Carthamus foliis ensiformibus sinuato-dentatis.

251. CYNARA.

Calyx dilatatus, imbricatus: squamis carnosis, emarginatis cum acumine. *Receptaculum* setosum.

1. CYNARA *scolymus.*
Cynara foliis subspinosis pinnatis indivisisque: calycinis squamis ovatis. CLVS. II. p. 153. *icon* scolymi dioscoridis. BAVHINVS *pin.* 383. Varietates habet.

2. CYNARA *cardunculus.*
Cynara foliis spinosis, omnibus pinnatifidis: calycinis squamis ovatis.

3. CYNARA *humilis.*
Cynara foliis spinosis pinnatifidis subtus tomentosis: calycum squamis subulatis.
Carduus tingitanus etc. PLVK. *alm.* T. 81. F. 2.

4. CYNARA *acaulis.*
Cynara foliis pinnatis inermibus supra glabris. TILL. *pis.* 41. T. 20.

252. CARDVVS.

Calyx ovatus, imbricatus squamis spinosis. *Receptaculum* pilosum.

* *Foliis decurrentibus.*

1. CARDVVS *leucographus.*
Carduus foliis decurrentibus dentatis spinosis, pedunculis nudis longissimis unifloris: calycibus spinosis inclinatis.

2. CAR-

ARDVVS *lanceolatus.*

Carduus foliis decurrentibus pinnatifidis hiſpidis, laciniis divaricatis: calycibus ovatis ſpinoſis villoſis; caule piloſo.

ARDVVS *nutans.*

Carduus foliis ſemidecurrentibus ſpinoſis, floribus cernuis: calycum ſquamis ſuperne patentibus.

ARDVVS *acanthoides.*

Carduus foliis decurrentibus ſinuatis: margine ſpinoſis, calycibus pedunculatis ſolitariis erectis villoſis.

Carduus acanthoides. BAVH. 3. p. 59.

ARDVVS *criſpus.*

Carduus foliis decurrentibus ſinuatis, margine ſpinoſis: floribus aggregatis terminalibus inermibus.

Carduus ſpinoſiſſimus anguſtifolius vulgaris. LOESEL. *pruſſ.* 43. T. 5.

CARDVVS *paluſtris.*

Carduus foliis decurrentibus dentatis, margine ſpinoſis: floribus racemoſis erectis; pedunculis inermibus. MORIS. III. S. 7. T. 32. F. 13.

CARDVVS *pycnocephalus.*

Carduus foliis decurrentibus pinnatifido-ſinuatis pubeſcentibus ſpinoſis: pedunculis nudis tomentoſis, calycibus deciduis. TRIVMPH. *obſ.* 100. T. 101.

Carduus nemoroſus italicus. BARR. T. 417.

CARDVVS *diſſectus.*

Carduus foliis decurrentibus lanceolatis, denticulis inermibus: calyce ſpinoſo.

Circium anglicum. LOB. *ic.* 583.

CARDVVS *cyanoides.*

Carduus foliis decurrentibus pinnatifidis linearibus integerrimis inermibus petiolatis ſubtus tomentoſis.

Carduus caule ſimplici et ramoſiſſimo etc. GMEL. *ſibir.* 2. T. 15. et 16. Varietatis *β*.

10. CARDVVS *monſpeſſulanus.*
Carduus foliis decurrentibus lanceolatis ſubrepandis glabris inaequaliter ciliatis, pedunculis alternis: calycibus inermibus.
Circium. DOD. *pempt.* 377.

11. CARDVVS *defloratus.*
Carduus foliis decurrentibus lanceolatis ſerratis ſubſpinoſo ciliatis nudis, pedunculis longiſſimis lanuginoſis unifloris. HALL. *helv.* T. 18. F. interiore 2.

** *Foliis ſeſſilibus.*

12. CARDVVS *caſabonae.*
Carduus foliis ſeſſilibus lanceolatis integerrimis ſubtus tomentoſis: margine ſpinis ternatis.
Acarna theophraſti anguillarae. LOB. *ic.* 486. F. 1.

13. CARDVVS *ſtellatus.*
Carduus foliis integris ſubtus tomentoſis: ſpinis ramoſis lateralibus.
Carduus humilis aculeatus etc. TRIVMPF. *obſ.* p. 96. *ic.*

14. CARDVVS *mariae offic.*
Carduus foliis amplexicaulibus haſtato-pinnatifidis ſpinoſis, calycibus aphyllis; ſpinis canaliculatis duplicato-ſpinoſis. BLAKW. T. 79.

15. CARDVVS *ſyriacus.*
Carduus foliis amplexicaulibus angulato-ſpinoſis: floribus ſolitariis ſubſeſſilibus foliolis ſubquinis obvallatis. CAM. *hort.* T. 10.

16. CARDVVS *eriophorus.*
Carduus foliis ſeſſilibus bifariam binnatifidis: laciniis alternis erectis; calycibus lanigeris.
Carduus corona fratrum. LOB. *ic.* 2. p. 9.

17. CAR-

17. CARDVVS *altiſſimus.*
Carduus foliis ſeſſilibus pinnatifidis ſinuatis ſerratis inermibus, caule ramoſiſſimo: calycibus villoſis ſubſerratis.
Circium altiſſimum etc. DILL. *elth.* T. 69. F. 18.

18. CARDVVS *virginianus.*
Carduus caule folioſo unifloro inermi: foliis lanceolatis ſpinuloſis, ſubtus tomentoſis.

19. CARDVVS *tuberoſus.*
Carduus foliis petiolatis ſubdecurrentibus ſubpinnatifidis ſpinoſis: caule inermi floribus ſolitariis.
Carduus bulboſus monſpelienſium. LOB. *ic.* 10.
β. Iacea aculeata ſ. tuberoſa. TABERN. *ic.* 154.

20. CARDVVS *heterophyllus.*
Carduus foliis amplexicaulibus lanceolatis ciliatis integris laciniatisque: caule ſubunifloro; calyce inermi.

21. CARDVVS *helenoides.*
Carduus foliis amplexicaulibus lanceolatis dentatis: ſpinulis inaequalibus ciliatis caule inermi. HALL. *helv.* T. 21.

22. CARDVVS *ſerratuloides.*
Carduus foliis ſubamplexicaulibus lanceolatis integerrimis: ſerraturis ſpinoſo-ſetaceis, pedunculis unifloris.
Circium pannonicum I. pratenſe. CLVS. II. p. 148. *ic.*

23. CARDVVS *tataricus.*
Carduus foliis amplexicaulibus lanceolatis ſerraturis ſpinoſo-ſetaceis: floribus triphyllis.

24. CARDVVS *flaveſcens.*
Carduus foliis lanceolatis integris inermibus dentatis glabris: floribus aphyllis inermi ſpinoſis.

25. CARDVVS *mollis.*
Carduus foliis pinnatifidis linearibus ſubtus to-

mentosis: caule inermi unifloro. CLVS. II. p. 150. *ic.*

26. CARDVVS *acaulis.*
Carduus acaulis calyce glabro.

253. ONOPORDON.

Receptaculum nudum. *Cal.* squamae mucronatae s. spinosae.

1. ONOPORDON *acanthium.*
Onopordon calycibus squarrosis: spinis subulatis, foliis ovato-oblongis sinuatis.
Spina alba etc. LOESEL. *pruss.* T. 82.

2. ONOPORDON *illyricum.*
Onopordon calycibus squarrosis: spinis lanceolatis, foliis lanceolatis pinnatifidis. LOB. *ic.* 1.

3. ONOPORDON *arabicum.*
Onopordon calycibus imbricatis.
Carduus tomentosus etc. lusitanicus. BARR. *ic.* 501.

4. ONOPORDON *acaulon.*
Onopordon subacaule flore albicante.

254. CENTAVREA.

Receptaculum setosum. *Pappus* simplex. *Corollae* radii infundibuliformes, longiores, irregulares.

* Iaceae: *calycibus laevibus inermibus.*

1. CENTAVREA *crupina.*
Centaurea squamis lineari-subulatis calycinis: foliis pinnatis serratis.
Senecio carduus apulus. COLVM. *ecphr.* 1. T. 34.

2. CEN-

CENTAVREA *moſchata.*
Centaurea calycibus ſubrotundis glabris: ſquamis ovatis, foliis lyrato-dentatis.
β. Cyanus orientalis etc. MORIS. III. S. 7. T. 25. F. 5. et 9.

CENTAVREA *erucifolia.*
Centaurea calycum ſquamis lanceolatis: foliis lanceolatis, ſubdentatis lanuginoſis.

CENTAVREA *lippii.*
Centaurea calycum ſquamis mucronatis: foliis decurrentibus pinnatifidis obtuſis.
Amberboi erucae folio minus. ISNAR. *act. pariſ.* 1719. T. 10.

CENTAVREA *fruticoſa.*
Centaurea calycibus oblongis: foliis lanceolatis obtuſiuſculis glabris; fruteſcente caule.
Cyanus repens. LOB. *ic.* 548.

CENTAVREA *alpina.*
Centaurea calycum ſquamis ovatis obtuſis: foliis pinnatis glabris integerrimis impari ſerrato. MORIS. III. S. 7. T. 25. F. 5.

CENTAVREA *centaurium.*
Centaurea calycum ſquamis ovatis: foliis pinnatis; foliolis decurrentibus ſerratis.
Centaurium maius I. vulgare. CLVS. II. p. 10.

** Cyani: *Calycinis ſquamis ſerrato-ciliatis.*

CENTAVREA *phrygia.*
Centaurea calycibus recurvato-plumoſis: foliis indiviſis.
Iacea IV. auſtriaca villoſo capite. CLVS. II. p. 7. *ic.*
β. Iacea alba, hirſuto capite. BAVH. *pin.* 271.

CENTAVREA *pectinata.*
Centaurea calycibus erecto-plumoſis: foliis lyratis denticulatis, rameis lanceolatis integerrimis.

10. CEN-

10. CENTAVREA *capillata.*
Centaurea calycibus ſeta recurvato-plumoſis: foliis imis pinnatis dentatis, ſummis lanceolatis.
Cyanus foliis calycinis plumoſis reflexis etc. *Act. goetting.* I. p. 202. T. 6.

11. CENTAVREA *nigra.*
Centaurea calycibus ciliatis, ſquama ovata ciliis capillaribus erectis, foliis lyrato-angulatis, floribus floſculoſis.
Iacea auſtriaca VI. CLVS. II. p. 7. *ic.* HALLERI Iacea cum ſquamis cilii inſtar piloſis. *helv.* T. XXIII.

12. CENTAVREA *pullata.*
Centaurea calycibus ciliatis verticillato-folioſis: foliis lyratis dentatis obtuſis. MILL. *ic.* 152. F. 2. et
Iacea hieracifolio. MORIS. III. S. 7. T. 28. F. 18.

13. CENTAVREA *montana.*
Centaurea calycibus ſerratis: foliis lanceolatis decurrentibus, caule ſimpliciſſimo.
Verbaſculum. TRAG. p. 219. cum bona icone.
Cyanus maior. DOD. *cor.* p. 53. bene. BLAK. T. 266.

14. CENTAVREA *cyanus offic.*
Centaurea calycibus ſerratis, foliis linearibus integerrimis infimis dentatis. LOB. *ic.* 546.
Cyani hortenſis BAVH. *pin.* 273. varietates habet.

15. CENTAVREA *paniculata.*
